

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarii rerum Zaringo-Badensium - Cod. Karlsruhe 21

Schöpflin, Johann Daniel

[S.l.], nach 1751

Commentarii rerum Zaringo-Badensium

[urn:nbn:de:bsz:31-139559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139559)

COMMENTARII

Rerum

Faringo-Badensium.

Augusta Marchionum
 Badenſium, quam deſcri-
 pturus ſum, Domus cum
 Auſtriaca et Lotharin-
 gica Domibus origines
 ex Alſatia derivat
 communes.



Eticho ex Alemannia
 Dynaſtis, ſub Mero-
 vingis Auſtraſia
 Regibus dives et
 potens Alſatia Dux
 atq; Dynaſta, trium

istarum Familiarum
verisimilis conditor
est.

Adelbertus, Senior
filiorum, Habsburgica
et Bradensis per Luit-
fridos et Bertilones,
Eticho junior Lotha-
ringica per Eberhardo,
celebrantur Satores.

Triplicem nimirum
Etichonidum Coloniam
Alsatia mater trans
Bhenam, trans Juranam,
trans Vogesum, ex
foecundo suo sinu
seculorum progressio-
ne dimisit, quae pede-
tentim universum

se diffuderunt per orbem.

Ex Colonia hic Adelbertina primum emigrasse videtur; illa nimirum Bertilinum prosapia, qua Rhenum transiit.

Transitus hic seculi IX. partus est, qui Colonia Comites Fisci Brisgovia dedit, quos deinceps appellarunt Landgraves; unde Bertoldida Faringia Duces.

Isdem fere temporibus

altera Adelbertina
Alsatia Colonia,
Jurassum trajiciens,
Burgundicas Helve-
tia Regiones in Ar-
govia occupavit;
ex qua Guntramnus
ille Dives prognatus
est, Habsburgen-
sium sator, qui
Landgravitatum
Alsatia ab ipsis
Familia sua in-
cunabulis longa
nepotum serie posse-
derunt.

Ex Alsatia hac
Habsburgo Austria-
corum prolapia
adhuc superest.

Augustissima Impera-
trix Maria Theresia,
Hungariae Bohemiaeque
Regina, sua gentis
postrema, sed virtu-
tibus prima.

Pertoldidis et Luit-
fridigenis, trans Rhenum
et Jurasum ex Alsatia
migrantibus, Eberhar-
digenium denique suc-
cessit Colonia. Eticho-
nidum tertia, qua
seculo XI. Vosagum
transiit et Henrico
III. Imp. jubente
Lotharinga Ducatus
solum occupavit,
atque in eo per totos

700. annos serie non
interrupta consedit.

Ex Colonia hac longo
nepotum ordine de-
scendit Augustissimus
Germaniae Caesar,
Franciscus, Maria
Theresa conjux,
e Lotharingia Mo-
sellana nostris tempo-
ribus traductus in
Austriam, ubi floren-
tissimas Luitfridi
genum et Eberhardi
genum lineas, per
octingentos totos
annos divisas, in
Archiducibus ex
Lotharingico et

Habsburgico sanguine natis, post
tot seculorum de-
cursum, denuo con-
jungit, atq; a deo
novam Eberhardo
Luitfridigenum
prosapiam condit,
qua primariam
genitricem Alsatiam
agnoscit.

Ex Brisgovica vero
Bertoldidum solonia,
qua omnium prima
emigravit Alsatia,
illustres et potentes
illi Faringia Duces
prodierunt, quinq;
Bertoldorum nomine

in Germanica celebrati
Historia, Carinthia,
Sueviq; Ducatibus
et Marchia Vero-
nensi acceptis ac
amissis, notissimi,
Rectoratu Burgundia
per 20. annos pu-
titi, solioque Impe-
rii jam jam admo-
vendi, si fortius in-
stitissent.

Bertoldina posteritas
in Marchionum Ba-
densium Domo jam
viget, in qua Ludo-
vicum Georgium,
Bada - Badensem,
et Carolum Fridericum,
Bada - Durlaccensem

Serenissimos Marchio-
nes, Regentes, nostra
atas veneratur.

Lutfridigenas Mar-
quardus, Herrgottus,
Eberhardigenas Au-
gustinus Calmetus,
vastis doctisq; Volu-
minibus exposue-
runt.

Bertoldigenas bre-
viter nostrum opus
exponet.

¶
Nimvero Alsatica-
rum rerum Scriptoris
Officium est, ut hanc
Etichonidum Alsa-
tia Coloniarn, ad vicinos

usque prosequatur
Brisigavos, eamque
genūna sua vindicet
matri, cui filiam
suam eripere stu-
duerant perinulti,
Italis vel Burgundi,
Helvetia. tribuen-
tes, quod Alsatia
Brisgoviaq; ut
tribuamus, non
una, ^{nos} ratio inducit.

Epocha potiores Histo-
ria Badensis.

Quodsi autem memo-
rabiliores Domus Za-
ringo - Badensis Re-
rum et factorum
eventus a primis
originibus ad nostrum
usque aevum brevi-

Sunt representandi
 tabella, omnis Farin-
 go - Badensis Historia
 in sex temporum Epo-
 chas commode et
 opportune dividi posse
 videtur.

Prima ab Etichone
 seculi VII. Alsatia
 Duce ad Bertoldum
 I. usque, Faringia
 Ducum et Baden-
 um Marchionum
 Satorum.

Secunda a Bertoldo
 I. usque ad Bertol-
 dum V. Faringorum
 postremum.

Tertia ab Hermanno
ad Hermannum V.
sub ^{filii} cuius Marchionatus
in Badenensem et
Hachbergensem divi-
sus, quorum posterior
paulo post in Hach-
bergicum et Sausen-
bergicum subdivi-
sus est.

Quarta ab Herman-
no V. ad Bernhar-
dum I. sub quo Hach-
bergicus Marchio-
natus ad lineam
Badensem rediit;
Hachbergica ex-
tincta.

Quinta a Bernhardo
 I. ad Christophorum
 usque, sub quo Linea
 Sausenbergica perit;
 sola persistente Ba-
 densi, quam Christo-
 phorus denuo in
 Bada - Badensem
 et Bada - Durlacen-
 sem divisit.

Christophorus
 I. ad Bernhardum

Sexta Epocha a
 Christophoro ad
 nostrum usque
 tempus procedit.

Epocharum, quas
 memoravimus, sola
 conjecturalis est prima,

reliqua omnes idoneorum
Scriptorum et Chartarum clara
radiant luce.

Epocha 1. vel
Conjecturalis.

In exponenda vero
Epocha conjecturali
plurimumq; superiorum
aevi Historicorum
magna se Manifestat
scribendi temeritas.
Quot narrationes
eorum infusa et
omni verisimilitu-
dinis specie caren-
tes.

~~Necessitas debet esse
sacra et non humana
testis esse non potest
debet esse non potest~~

Quamquam autem
 Genealogia Baden-
 sium Domus a Scri-
 ptoribus vario et
 diverso modo exhi-
 bita sint, pleraque
 tamen earum in
 duas praecipuas
 classes distribu-
 untur.

Prima et antiquior
 eorum classis est,
Italica Baden-
 sium
 quibus placet
 origo.

Alter a sive junior
 classis Duces Ga-
 ringia Domui Bra-

denſi genitores aſſi-
gnas.

Superior classis, quam
Italitam voco, an-
tiquitate et numero
opinantium pra-
valet; quae et
ipsa in varias ite-
rum subdivisa est
partes.

Sed et posterior
classis, quam Larin-
gicam voco, in va-
rias quoque factiones
discedit, prouti
Bertoldo illi primo,
vel Helvetici vel
Alfatini vel Brisgovici
vel Francici

tribuentur majores;
 hoc
 quod est prouti ipsi.
 hi majores vel ex
 priscis Vindonissa
 et Alsenburgi Co
 mitibus, vel ex Pa
 latii Regum Francia
 Praefectis, vel ex
 veteris Alemannia
 Ducibus repetuntur.

Badenſium origines
 a multis ex Italia
 petitas eſſe, minime
 mirabuntur illi,
 qui norant pruri
 ginem, qua ſuperio
 ribus ſeculis praci
 puas Germanica
 Nobilitatis familias

invaserat, suos ut
satores apud externos
quererent, atq; inter
praecipua Domuum
suarum ornamenta
exteris reputarent
origines.

Nausea hac indige-
natus Germanici
diu vexaverat Ger-
manos; veterum
Romanorum imi-
tatos exemplum
qui et ipsi non
Italicas, sed Troja-
nas affectarunt
origines; contrario
Atheniensium
studio, qui autoch-

thones vel indigenas
se esse omni tempore
gloriantur sunt.

Italica Augusta Brun-
vicensium Domus
origo, qua ab Azo-
ne Estensi descen-
dit, alias induisse
videtur, suos quoque
natales ut apud
Italos quærerent.

Ascania gens, qua
veteri Saxonia
Duces et Branden-
burgo Marchiones
genuerat; ex qua
hodierni Princi-
pes anhaltini

prodeunt, per Sato-
rem suum, Albertum
Ursium, a Romana
Ursinorum gente
suum genus dedu-
xit.

Principes Folleranum
a Columnensibus^(b)
sepe ortos credide-
runt.

(b) Le quite de Domo
Austriaco C. 1. pag. 141.
Bittershusius in genea-
logico opere pag. 140. et 141.
rem invertit, et Ursi-
nos ex Germania in
Italiam pervenisse
paradoxa opinatur
sententia.

Ulricus Kriegius,
 Rudolphi 1. Habs-
 burgici Comes adhuc
 cum fuisset, fidus
 Achates, ex Turico
 Nobilis, qui prin-
 cipis sui res gestas
 descripsit (c) ori-
 gines Habsburgi-
 cas ab Aniciis et
 Berleoniis veteris
 et media Roma
 illo jam tempore
 derivatas fuisse
 testatur.

(c.) Chronicon ejus Ms.
 in publica Turicensium
 Bibliotheca vidi. Con-
 tinuatum est usque ad
 A. 1420.

Tingendis originibus
Italiciis frequentes
Caesarum expeditio
nes Italica occa-
sionem dederunt.

Sed et non una for-
tasse propior exti-
terat causa, qua
veterem de Veronen-
sibus Domus Baden-
sis originibus tradi-
tionem licet falsam
firmaret.

Confusa quaedam de
Bertoldo I. non Carin-
thia modo Duce, sed et
Marchione Verona,
à quo Marchionis axioma

ad Badenses derivatum est,
 traditio et fama super-
 pes an non ipsos indu-
 cere potuit Marchiones
 Badenses, ut ex Italico
 Veronensium sanguine
 se pro genitos existi-
 marent.

In Frederici I. Imp. cum
 Baden legere tur Annalibus,
 tradi duos Hermannos Ba-
 denses, illos nempe, quos
 tertium huius nominis
 et quartum appellamus,
 de Marchia Veronensis
 Carin exstitisse Rectores,
 sed opinio hac non potuit
 non vires adipisci.

Petrus de Andlo, Seculi XV.
Scriptor illustris, ex Alsatia
Andlavienfium Familia
natus, primus Historicorum
quem novimus, narrat,
(a) quod Fridericus I. Imp.
post primam Expeditionem
Italitam, in Germaniam
rediens, liberum Italia, ut adi-
tum haberet, unum
ex filiis Marchionis
Veronenfis, ex Ro-
mana Urfinorum
propagine orti,
cujus retices nomen
obsidem suum in Ger-
maniam abduxerit.

(a.) de Imperio Romano Lib. 1.
cap. 15.

uli XV. Addit Andalous, Impera-
 Alf. forem Dynastiam Hach-
 familia berga ei dedisse cum
 hicom castro. (C)

arrat Quum autem Marchio
 I. Imp hic obiisset improlis,
 peditio Hachbergicos nobiles
 in Ger legationem misisse
 s, li Veronam, ut unus ex
 ut ad defuncti nepotibus
 num adduceretur successor.
 conic Adveniēti huic Hach-
 bo bergensem tractum
 um fuisse commissum,
 ti, et ab eo Marchiones
 nome provenisse Badenses,

in Ger (C) Dynastiam hanc Conrado Baringensi
 a Friderico Friderici Lusii fuisse ere-
 pta, atq; de in Hermanno Marchioni
 veronensi a Frid. 1. Imp. in feudum
 collocatam. Crus. anat. Suv. Carl.
 2. l. x. p. 422. perscribit.

qui Marchionatus axioma Comitatus Badensi impresserint, quod paulo ante Marchionis Veronenfis filius Hachergica Dynastia, uti creditur, impresserat. Quisquis autem scriptorum Italicas Badensium origines primus ^{di}proderit certum est, opinionem hanc in ipsa Marchionum Domo plurimam ante secula viguisse.

Franciscus Grenicus, Etlinga, adeoque in terris Badensium, circa a: 1495. natus, Philippo Christophori, marchionis

Badensis, filio carus, quem
 etiam in descriptione Stir-
 pis ejus alloquitur, scri-
 bit: ^(a) Vidimus literas
 multa antiquitate pra-
 ditas, eam (Italiam)
 originem Marchioni-
 bus pollicentes.

Sed et ad alias porro
 provocat literas cujus-
 dam Marchionis Johan-
 nis, in quibus Italica
 gentis ab Ursino quodam
 Romano, ad Marchia
 Veronensis Praetorium
 per Fridericum I. Imp.
 promotum, referatur origo.
 Epocham huic annum 1152.
 assignat Grenicus;
 (a) Exeges. germ. lib. III. cap. 97. 99.

Subjungens, se quoque nosse
Scriptores, qui Hermannum
quendam, Marchionem
Badensem, jam A. 1120.
commemorant, atque in
hac Epocha, qua Fridericus
I. Imp. antiquior est sub-
sistit; ita tamen ut
de Italicis originibus
Domus nihil immutet.
Petri Andlavientis
et Grenici Systema
Munsterus^(b) Lazius^(c)
Crusius^(d) Henninges^(e)
Breunnerus^(f) Albitius^(g)

(b) Cosmograph. lib. 3. capp. 254. 260.
272.

(c) de Migrat. Gentium lib. VIII. p.
500. 510.

(d) Annal. Suevicor. lib. IX. Bart. 2.
cap. 18. lib. X. Bart. 2. cap. II.

(e) Theatr. genealog. Tom. III. p. 239.

(f) Oper. genealog. pag. 511.

(g) Stemmat. Princip. fol. 44.

Lehmannus, ^(k) Limnaeus, ^(l) Mylerus ab
 Ehrenbach, ^(d) Speldelius, ^(m)
 aliq, secuti sunt. Verso-
 nenses origines uno omnes
 ore professi, in circum-
 stantiis hinc inde inter
 se modo diversi. ⁽ⁿ⁾
 Georgius Hohenboller-
 nus comes, ^(a) rara in-
 dolis et doctrina juvenis

(h)

(i) Jur. Balat. lib. v. cap. 5.

(l.) archolog. ordinum Imper. cap. 10.
pag. 90.

(m) In Speculo Jur. voce Baden.

(n) Irenicus et Munsterus a. 1153.
Lepius a. 1151. quibus Fredericus I. Imp.
Italiam nondum intraverat. Cusius
a. 1155. rei gesta affigunt.

(a) Joachimi Jolierentis & Anna
Badensis Marchionissa filius.
Anna hac soror fuerit Georgii Frederici,
adeoq, filia Caroli z. marchionis nepti
Ernesti. Codex autographus

A. 1599. vastum opus de
Badensium originibus
elaboravit, atq; Georgio
Friderico, Badenſi Mar-
chioni, Principi docto,
quem amaverat, dedi-
cavit.

Hic peculiari novaque
hypothesi Marchiones
Badenses a Scaligeris,
Verona Dominis, deri-
vat, et per eos ad Reces-
vindum Ostrogothorum
seculi VI. Regem, ascen-
dit, pleraq; ex Trithe-
miano Hunibaldo
aliisque imperis fontibus
hauriens; Chartarum

exstat in Chartophilacio Bada-
Durlac. ab ipso auctore Marchione
oblatus.

veterum auctoritate de-
 stitutus. Denique addit,
 Hermannum, Nicolai
 Scalichii, Dynasta Vero-
 nensis filium, herodem
 praestantem, cum Friderico
 1. Imp. Romam migrasse,
 atque cum eo, relicta
 Verona, ubi majores
 ejus ~~dominati~~, in Ger-
 maniam venisse, ibique
 amoenas Rheni su-
 perioris ripas miratum,
 non modo Verona domi-
 nium accepisse denuo,
 sed et terras Badenses,
 occasione mortis ultimi
 comitis Badensis et
 Hachbergensis, cujus

unicam filiam et heredem
Juditham ille duxerat
uxorem.

Hac Comes Zolleranus
Italicum Badense sy-
stema altius quam
ceteri, repetens
Gloriosius esse censuit,
si ab Ostrogothicis
Italia Regibus, ~~triginta~~^{quam}
a Berleonius aut Frangi-
panius, quorum Majores
reputabantur Anicii,
derivaret Badenses.

Italica Badensium ori-
ginis opinio ad seculi
usque XVII. duravit ini-
tia.

Origines
Faringica

Tum temporis in theatro
literario comparuerunt
Jo. Bistorius et Franc.
Guillimannus, Friburgi
Brisgovia eodem tem-
pore clari; ^(a) qui Ita-
licum aboluerunt
Systema, ut Faringi-
cum conderent; laudabili
consilio, si iustos intra

(a) Guillimannus A. 1605. Habs-
burgiaca edidit; Bistorius scriptor
Her. Germ. Tom. quo Mantli Con-
stantiense Chronicon continetur,
cui Genealogicas tabulas ipse ad-
jecit, A. 1607. Friburgi degenis in
Lucem emisit.

limites consistere voluissent.
Enimvero nexum Faringia
Ducum cum Habzburgicis
Comitibus per Guntramnum
Divitem quarentes,
utriusque Familia
maiores ex fictis Ab-
tenburgi et Vindonissa
Comitibus derivarunt,
adeoque Faringicum
una cum Habzburgico
systemate reddide-
runt impurum;
genuinas hypotesi
superstruentes fabu-
losam.

Faringica Bradensium
originis inventorem
equidem libens constituo

Pistorium, ^(b) quod Marchionum Badenensium floruerat gratia;

Aulis eorum aliquamdiu addictus; Jacobo, Haehbergico, praecipue carus, ^(c) Brisgovicas

^{b)} Pistorius, origine Hapsus, aliquamdiu consiliarius fuit & Archiater Marchionum Badenensium. Aerum Badenensium insigniter gnarus, qui et ipse de Familia Badenensi conscripsit libros, quarum ipse meminit in orat. 2. de vita Jacobi Marchionis pag. 77. 79. Liber MS. delituit et perit. Pistorii haepi Burslaeense Gymnasium communi Marchionum Badenensium sumtu A. 1582, erectum. Fechtü Historia colloquii Emmending. pagg. 10. 36. 41.

^{c)} Emmendingensi colloquio A. 1590. interfecit, atq; Jacobum hunc Marchionem, Emmendinga habitantem, ad Catholica sacra traduxit; ipse ex Luthe-rano Reformatus primum, dein Romano-Catholicus.

partes, speciatim Friburgi
Brisgovia
a Zaringis extracti, et
in San. Petrina Nigra
Silva Abbatia, ab eisdem
instituta, diligenter in-
spexit, quae Badenium
cum Zaringis et Bir-
tilonium cum Bertoldis
nexum haud dubie
aperuerunt Bistorio,
ut infra docebimus.

Guillimannus, haud procul
Friburgo Helvetica^{d)} natus
et in Friburgo-Brisgovica
Historiarum Professor,
systema hoc ulterius
expofuit, quumq; Gun-
tramni Divitis posterus

(d) Homond. in Agro Friburg.

in Helvetia et in Britan-
 gonia multarum terra-
 rum possessores reperisset,
 patria sua inductus
 amore, Habsburgico
 Stemmata Faringos
 innexuit, non modo
 a Guntramni Divitis
 sanguine eos derivans,
 sed et a Guntramno
 hoc ulterius ascen-
 dens, in devia delapsus,
 est; ex fictis Alten-
 burgi, Vindonissa
 Romana (dd) dein
 Burgundica apud
 Helveticos, Comiti-
 bus genus Faringo-
 rum derivans, ut
 (dd) Asfatia Just. tom. 2.

Habsburgo-Austriacos
et Marchiones Baden-
ses, Faringorum Nepotes
apud Helveticos quare-
ret. Verum enim vero
omnis illa hujus Sche-
matis pars, qua ultra
Guntramnum ascen-
dit, nullo innixa fun-
damento, apud ido-
neos rerum arbitros
non minus ac Systema
Italicum omnem
plene fidem amisit.
Guillimannus Italicum
asperditatem refellens
in absurdiora prolapsus est.
Hypothesin tamen
ejus Altenburgicam

et Vindonissensem
 Bistorius, (c) Bressoldus, (f)
 Rittershusius, (g) Scioppius
 (h) Zeilerus (i) Chifletius
 (l.) quin et ex Badensibus
 Foersterus atq; Junglerus,
 inediti scriptores, secuti
 sunt.

(c) Tesse Tabula Genealog. Chron.
 Constantiensi Manliano adjecta
 Tom. III. scriptorum Per. Germ.
 ejusdem Pistorij pag. 742.

(f) Thesaurus Bract. von Baden.

(g) Excepsis Genealogiarum historica
 p. 140.

(h) Gemma Domus Austria, subjun-
 ctum Consilio Regio Jicini edito A.
 1619.

(i) Itinerar. Germ. cap. 9. p. 226.
 addo Cont. 1. cap. 9. pag. 122.

(l.) Lumina nova prerogativa
 ad Vindicias Hispanicas p. 314.

Falsam hanc Guellimanⁱⁱ
niana hypotheseos, qua Gun-
tramnum Divitem pra-
cedit, partem correxit
Vignierius, (a) alsatici
Habsburgensium & Ba-
densium stemmatis
auctor; qui a Gun-
tramo Divite non
ad Romanos Vindonissa
Praefectos, sed ad Eti-
chonem, Alsatia Ducem
ascendit; unde Systema
hoc Alsaticum appello;
quod Habsburgica
et Faringo-Badensis
Domus latorem ab

(a) Origine des maisons d'alsace, de
lorraine, d'autriche, de brade.
Paris 1649.

Alsatia Duce Etichone
 ca seculo VII. reperit.
 Cristetius, qui a. 1647. in
 Luminibus novis Guilli-
 manniano Systemati forti-
 ter adhaerens, in Stem-
 mate Austriaco, (b)
 quod triennio post
 in lucem emisit, Vigne-
 rianum adoptavit, suamq;
 adeo mutavit sententiam;
 quod adversarius ejus,
 David Blondellus, (c)
 diligenter observat, Vi-
 gnieriana hypotheseis
 doctus, fortisq; de-
 fensor.

(b.) pag. 2.
 (c.) Praefat. Apologetica ad Genealogiam
 Francicam num. 221. 4.

Quod si in Etichone, Alfa-
tia Duce, substitisset
Vignierius, nec ultra
fuisset progressus, con-
tradictorem non facile
reperiturus fuisset
at in majores ejus
magno cum labore
inquirens, quum ad
Francicos Balatij
Praefectos, Leudetium,
et ad Erchinoaldum (d.)
usq; ascendisset, seculo
hoc nostro prodit
Georgius Eccardus,
qui his Francia Prae-
fectis vel Majoribus

(d.) Unde Systema hoc Erchi-
noaldinum appellatur.

Domus Alemannia.

Duces, majore verifimi-
litudine substituit, in

quod Alfatia Aleman-
niaque Ducatus non
raro conjuncti, imo

Alfatia Alemannia
Ducibus olim fuit
frequenter subje-
cta.

Ista Vignierius in
Descriptione mayo-
rum Guntramni
correxisset Guilli-
mannum; ipse in
Descriptione ma-
jorum Etichonis
ab Ecardo cor-
rectus.

Nos in Etichone
subsistimus; in Mayo-
ribus Etichonis ~~potius~~
Eccardum libentius,
quam Vignierium
secuti, quod in Alfaha
Illustrata quoque Sumas
professi.

Helveticum ergo ~~Al-~~
~~fatiumque~~ Guillimanni
 et ~~Alfatium~~
 Vignierii Systemata
 in eo conveniunt, quod
 Badenses Faringis, Fa-
 ringos Habtburgico
 stemmati innectunt,
 sed in ~~ipso tamen~~ modo
 nectendi inter se di-
 screpant.

Guillimannus Faringos
 ut Habtburgicis affi-
 geret, Guntramni
 Divitis filio, Kantseli-
 no, quem Landolum
 vocat, quatuor
 filios adscribit, Rate-
 bodonem, Vernerum,
 Rudolphum et Landolum 2.

ex quibus Ratebodo Habs-
burgicos produxit: Lan-
dolum 2. vero Zaringen-
sium patrem Guillelmanni
constituit, hanc fratrum
quadrigam in Muresibus
Actis se reperisse affir-
mans. (9)

En epus systema:

Guntramnus Dives.

Ratebodo,
unde Habs-
burgici.

Lancelinus vel Landolus 1.

Biretilo
monast. Sult-
berg. exstructor.

Lancelinus vel Landolus 2.

a. 1036. mortuus, unde
Zaringenses, secundum Guillelmannum.

Pertoldus, Dux Carinthia
ex Zaringis primus.

(9) Habsburg. L. IV. pag. 166.

Haec methodo Guilli-
 mannus Faringia Ducis,
 non a Biretilonibus,
 Alfatia atq; deinceps
 Brisgovia Comitibus,
 sed a Lancelino 2. derivat.

Quia ratione in senten-
 tiam hanc discesserit,
 Guillimannus non
 e quidem divinus, Id
 nomen certo certius est,
 quod nullus unquam
 Lancelinus vel Landolus
 2. in Murensibus com-
 paruit actis.

Tribus fratribus ex inge-
 nio suo quartum adjecit
 Guillimannus, ut Habsburgo-
 Faringicum suum conderet
 stemma, atque adeo

Lancelinum 2. qui nunquam extiterat, Faringorum constitueret Sacerdotem. Equidem Habsburgensium cum Faringensibus vinculum haud quaquam diffictor, quin imo communes utriusque origines ex Ducibus Alfatia adscribo. Sed vitiosus est nexus per Landolum 2. quem unquam extitisse non probat Guillimannus, ad Actorem Murensem auctoritatem mala provocans fide. Murensem interpolationem Actorem Guillimanno non equidem primus objicio. Dominicus Tschudius (a) Coenobii Murenensis doctissimus Abbas, ante

(a.) In libello erudito, cui Tit. origo Comitatus de Habsburg. pag. 97.

hos centum annos de
 eo jam questus est. Ait
 enim: . Guillimannum
 , prestaret, aut Monasterii
 , nostri Murensis Archivum
 , nunquam lastrasse,
 , aut ea, qua inde hausc-
 , rat, majore studio,
 , cura et fide tractasse.

Mala fidei eum Abbas
 accusat, quod Genealogiam
 Murensibus actis praefi-
 xam corruperit.

Ita quoque Guntramni
 Divitis filium, qui in
 Actis Murensibus, Hanse-
linus vocatur, Guillimannus
 profracte Lancelinum quin et
Betzelinum pro arbitrio
 appellat.

Quin et eundem esse vult,
qui ab aliis Landolus,
dicitur, ut omnia Lan-
doti cujusdam gesta,
quo factat, Muen-
Kancelino adscriberet.
Neq; tamen inter limites
hos constitit Guellimann
audacia. Afferit enim ⁽⁶⁾
proter hac 1. Lancelinum
Guentramni Divitis
filium, cum Biretilone,
fratre suo, Monasterium
S. Cyriaci in Sulzberg
fundasse. Fratritatem
vero Bezelinum inter
et Biretilonem nullo
indicio probat. Addit
2. in Monasterii

(6) Habsburg. lib. pag. 164. & 166.

Sultzbergensis ad Capitulum
 lari ambo fratres simul
 esse sepultos.

Hoc modo Bradebotonis,
 Habsburgensium fatis,
 frater, sepulcrum suum
 habuisset Sultzberga,
 quod omni destituitur fun-
 damento. Addit

3.º Imaginem ibi in ta-
 bula antiqua reperiri
 depictam, cui Petzelini
 adscriptum sit nomen. (c)

Tabulam hanc ego, aliquo-
 ties locum diligenter in-
 spiciens, frustra quaesivi.

(c) vid. Eccardus in origine Habs-
 burgo. austriaca L. 2. cap. 1. pag. 72.
 Guillim. Habsb. pag. 167.

Omnia haec ~~incommoda~~ Guillimannus asseruit; Faringorum cum Habsburgicis nexum certiores ut redderet.

Jacobus Manlius Brigantinus, Maximiliani I. Imp. Historicus et Juris Doctor, Friburgi, centum annis Guillimanno antiquior, qui magnam Germaniam partem peragravit, ut Commentarios rerum Germanicarum colligeret, a schemate

(1) Vossio de Historicis Lat. Filius Jacobi, Felix Manlius vocatur, auctor Vita S. Gebhardi, Constant. episcopi, qua Chronico Constantiensi Jacobi Manlij pag. 72. includitur.

Guillimanniano in eo
 diversus est, quod non
 Lancelinum juniorem vel
 filium, sed patrem ejus,
 Lancelinum seniore,
 Bertoldo 1. Zaringensi
 genitorem assignat,
 eidemq; Lancelino
 fratrem dat Bladetonem,
 Habsburgicorum factorem.

En stemma Manlianum. (e)

Guntramnus Dives

Radebodo. Lancelinus
 unde Habs.
 burgici.

Bertoldus 1.
 Zaring.

Manlius ergo Bertoldum 1.

Guntramni Divitis consti-

(e) apud Guilliman, Lib. IV
 cap. 3, p. 166.

tuit nepotem, Quilliman
nus pronepotem consti-
tuit.

Badensium vero cum
Zaringensibus nexum
reticuit Manlius,
quem Joannes Bi-
storius orbi Cru-
dito aperuit pri-
mus. (†)

(†) Annales Austr.
lib. 1. pag. 4.

Gabriel Brucepinus (a) qui
 ante hos octoginta annos
 Opera sua Genealogica
 scripsit, cum Guilielmo
 Faringos per Guntramnum
 Divitem quoque Habibur-
 gicis junxit, sed Bertol-
 dum I. Faringensium
 atque Bradensium sato-
 rem, non patrem Her-
 manni Marchionis
 sed fratrem constituit.
 En Schema Brucepinii:



(a) Germanica Topo. Stemmate. Graph.
 Tom. 1. Part. III. pag. 51.

Nec praterendum filentio,
quod Bistorius ipse in
nonnullis diversam a
Guillimanno, amico suo,
ingressus est viam. (9)
Guentramnum, Divitem
Bistorius filiet, atqz
Gebhardo fratri Birci-
lonis, Dynasta Bris-
govia Brefelinum dat
filium et Bertoldum 1.
nepotem. Quum autem
Biretilonem quoqz ex
Vindonissa Comitibus,
ut Habsburgenses,
Bistorius deriveret,

(9) Scriptor. Ger. Germ.
pag. 742.

satis ostendit, Bertilo-
nem et Gebhardum
ab eo constitui fratres
Guntramni, Habsburgen-
sium patris.

En stemma Bistorii:

Guntramnus, Bertilo, Gebhardus

Berzelinus, Guil.
Limanno Cancellarius.

Bertoldus I.
Garingensis.

Petrus Gremmelspachius
Monasterii S. Petri, quod
Bertoldus 2. Zaringensis
construxit, abbas, in
Genealogica Synopsi
a. 1507. concinnata, ^(a)
Bertoldi I. majores
ita ordinavit

Luthardus

Brezo. Gebizo. Birtilo

Bertoldus. 1. Bertoldus 2. Herman. Gebhard

Rudolphus. Bertoldus 3. Conradus

(a) Extat apud Crus. Annal.
Saev. Tom. 1. Lib. VII. Partes 2.
pag. 219.

nathias Wolff. Latius in Genealo-
 gia sua Austr. Et non a
 Guntramno sed a ficto
 in quodam ejus fratre
 Eberhardo, Faringos de-
 rivat, de eorum cum Pa-
 tres densibus nexu, ut Gremmel-
 parthius quoqz, parum
 sollicitus.

lo Preceptor Historicorum
 Gebhardi seculi superioris sententia
 Pontae Biscelonem, qui Mona-
 sterium Sulzbergense
 instituit, vel dotavit,
 Annal. Faringia gentis Sato-
 raris 2. rem agnoscit

b) lib. 1. cap. 9. pag. 129.
 129.

Systema hoc ab Einzig-
gero, Herzogia, Crusio,
Heutero, Vignierio, Chi-
stetio, Blandello aliisque
(*) admittitur, ~~et~~ res
licet non evidens sit.

Bircelo nempe consti-
tuitur frater Kancelim
illius, quem aucta Mu-
rensa filium Gentranna
Divitis constituunt.
Bircelo quidem solius
fratris sui Gebhardi,
cujus manu S. Cyriaco
donationem obtule-
rat, facit mentionem,

(*) Eoard Orig. Habsburgo-
austr. l. 2. cap. 1. pag. 72. sq.

noli tamen hinc inferre,
 eum fuisse improbum,
 Certus ergo inter Habs-
 burgicos et Faringenses
 nexu per Birtilonem
 et Lanuelinum defixi
 non potest; quod etiam
 profiteatur Eocardus

Hergottus, corrupto Char-
 la Bircelonis usus exemplo^(a)
 ex fratre Bircelonis filium

(a) authenticum charla hujus exemplar,
 quod in Episcopali Tabulario Brundrati
 meis oculis inspexi hac verba non
 ambigue, sed distincta expressa re-
 fert: „Ego Birrcelo nomine, omnem
 „hereditariam partem, que me con-
 „tingebat, tradidi cum manu
 „fratris mei Gebhardi ad Casam
 „Dei etc.

Per antiquum Cartularium Theauri char-
 tarum Serenissimi Principis Dada-Durta-
 censi, qui Basilea custoditur, cum auto-
 grapho hoc convenit.

ejus constituit Geb-
hardum, atq; huic dat
filium Bertoldum,
cui chartas A. 1028.
1048. 1072. & 1077.
datas assignat.

Stemma hoc, Historia
fere simili, Gebardo
Bertoldum l. dat
filium, quem nepo-
tem ei dedit Hi-
storius.

Chartas datas ab A.
1028. usq; ad A. 1077.
eidem ne assignemus
Bertoldo, nimium
temporis intervallum
nos impedit.

Faringorum cum Habstur-
 gicis nexum in medio qui-
 dem relinquit Herrgottus,
 sed verisimilem tamen
 putat eum, qui forma-
 tur per Landolum¹. (6)
 quem eundem facit eum
 Lanctino Guntramini
 Divitis filio, Habst-
 burgenfium Saxone;
 Landolum hunc fra-
 trem Birectilonis,
 Bresgovia Comitibus
 fuisse, haud inani con-
 jectura hateri existi-
 mans.

Agmen claudunt dua
 alia de Faringenfium

(6.) lib. II. cap. 8. §. 2.

origine sententia,
quas prodidit Cario^(a) qua
nec cum Helveticis, nec
cum Alsatibus Faringo-
rum originibus ali-
quid habent commune.
Harum altera ab Huge-
berto quodam fratre
Theutberga, qua con-
jux fuit Lotharii II.
Regis Lotharingiae
Faringenses deducit.
Alteram Ernestum
Suevia Ducem, qui
Henrici II. temporibus
floruit, Faringensium
tradit latorem.

(a) Chron. lib. IV. p. 395. et
420.

Ernestum hunc Nepotem
 fuisse scribunt Alberti
 Comitis Bambergensis,
 qui seculi X. initio, Ludo-
 vici Regis jussu, capite
 fuit truncatus.

Alii filium dicunt Herman-
 ni Ducis Suevia ex Ger-
 berga, filia Contradi,
 Regis Burgundia pro-
 creatum.

Aventinus ^(a) illustris
 rerum Bavariarum
 scriptor, posterius hoc
 originis Faringica
 systema amplectitur,
 ab Ernesto I. Sueviae
 Duce, quem Alberti

(a) Annal. Bojor. lib. V. cap. 5.
 n. 19.

Austria Marchionis
fratrem constituit,
eorum genus deri-
vans.
Ernestum hunc ducta
in matrimonium
Gisela, Hermannii
Suevia Ducis et
Geberga Burgun-
dica filia, Suevia
Ducatum ab Hen-
rico II. Imp. obti-
nisse, patrem duo-
rum filiorum,
Ernesti et Hermannii
a quibus Faringi
originem traxerunt.
Geberga, Gisela mater,
filia cum fuerit Conradi

Burgundia Regis causam
 hanc existimat Nico-
 laus Vignierius. Eiusdem
 Systematis fautor, ob
 quam Farinonii ex
 Burgundionum stirpe
 se ortos medica-
 verint.

Marchiones Baden-
 ses, cum aliis Suevia
 Nobilibus, ab Imp.
 Vespasiano ad bellum
 Judaicum evocatos
 fuisse, literasque
 vocationis seculo XV.
 in Tabulario Badensi,

(Pl.) Nicolaus Vignierius in Chronico
 Her. Burgund. ad Cl. 1015. pag.
 120.

adhuc fuisse super-
stites, Felix Faber, ^(a)
illius aevi scriptor, Mona-
chus Ulmenfis contendit.
Narratio condonanda
Auctori quod eodem fere
tempore Fredericus IV.
Imp. Austriacis suis
vetera privilegia con-
firmans, inter ea, quoque,
litteras et privilegia
Julii Caesaris atque Neronis,
Romanorum Imperatorum,
Austriacis data, re-
censet. ^(b)

(a.) Hist. Suev. lib. 1. cap. 10.

(b.) Litteras has Caesaris et Neronis
edidit Lunig in Archiv. Imperii
Bav. Spec. Contin. 1. sub Austria
Oesterreich, ubi etiam Frederici
IV. confirmatio extat.

super
 r. (a)
 Mon.
 ten dit
 nda
 em fo
 us II.
 lucis
 con.
 quoz
 dia
 erony
 atora
 , re.
 p. 10
 eronia
 imperi
 dubia
 frideric

Haec de vario Zaringen-
 sium cum Habsburgicis
 nexu, quem protuleres
 scriptores. Recensus
 eandem nauseam, mo-
 vebit lectori, quem mo-
 vis scriptori.

Sed virorum, qui hoc
 Argumentum tracta-
 runt, celebritas nobis
 necessitatem imposuit,
 ut varias eorum pro-
 duceremus sententias
 quo diversas de tam
 illustri argumento opi-
 niones intelligeret lector.

Superest ad nostrum Syste-
 ma exponendum, ^{ut} accedamus.

Fringia Dures et per
eos Domum Badensem
ex Alsatia Ducibus, pri-
mus, ut jam monui, de-
rivavit Hier. Vignierius
ab Etichoneo Alsatia
sanguine eorum genus
derivans.

Systema, quod simul ac
in lucem prodierat,
prestantes doctrina et
eruditione viros lauda-
tores invenit; ita quidem
ut Jac. Chiffletius atq;
David Blondellus, prior
pro Hispanis, posterior
pro Gallis vehementi
inter se bello proeliati,
unanime tamen consensu

et per illud secuti sint. Liben-
 tes tantis Viris accedimus,
 atq; Faringis commune
 cum Habsburgis genus
 Etichoneum adscribimus.
 Bertoldos et Bertilones
 ea Alfatia in Brisgoviam
 transivisse, uti post eos
 Guntramnus ex Alfatia
 in Helvetiam transive-
 rat, nulli dubitamus;
 certus licet Faringos
 cum Habsburgis five
 Bertoldum l. cum Gun-
 ranno Divite necendi
 modus definiri non possit;
 quod Gentilitia illo aro
 nondum invaluerunt
 nomina.

Schema a Vignieriano, Chi-
fletiano, et Blondelliano
in paucis diversum, jam
alibi constitui. (a)

Enimvero cum in Muren-
sibus Actis, in quibus Hab-
sburgica gentis origines
querendae sunt, nec Ber-
tholdi ullius mihi occur-
reret mentio ad Necro-
logium et ad Librum
Donationum sive Tradi-
tionum Einsidlenfium
confugi.

Documenta haec magni
momenti visa sunt,
Agidio Schudico, præstan-
tissimo rerum Helveticarum

(a.) *Alfatia Illustris* Tom. II. pag.
465.

Scriptori; qui ea, ^{tum} temporis
~~illa~~ adhuc inedita (9) dili-
 genter excerpfit.

Ex Einsidlenſibus his Monu-
 mentiſ ſchema ſequens ex-
 ſurgit:

Guntramnus Dives,
 ſator Habſburgicae Domus.

|
 Kanzelinus.

|
 Bircilo fundator Sulzberga. (9)

|
 Bertoldus 1. Dux Carinthia
 ſator Domus Faringica

|
 Bertoldus 2. . . . Hermannus
 Faringiae Dux. Marchio Badenſis.

9) Tſchudianaſ Collectanea ſervantur in
 Engelbergenſi apud Subſilvanos Monafterio,
 ab autographo Tſchudiano deſcripta, quod in
 Gentilitio Tſchudiorum Caſtro Greplang extat.
 Magnam illis auctoritatem tribuit Tſchudius,
 uti Excerpta me docent, quae ex monumentis hiſ
 mecum benigne communicavit Illuſtris Dn.
 Fur Lauben, Gallicorum Exercituum Prolegatus,
 vir ſerum hiſtoricarum peritiſſimus, cujuſ
 amicitia erga me ſerum Faringicarum
 Commentarü noſtri plurimum debent.

9) Bircelo, qui Sulzberga Monafterio bona quadam
 donavit, donationem quidem fecit manu fratris
 ſui Gebhardi. Hoc tamen non impedit, quin ille
 filium liberumve habuerit, qui minoris aeta-
 tis forteſſe fuerunt.

²
Cinsidense hoc stemma
in Alsatia Illustrata secu-
tus sum. Variis autem
viris quum ad veritatem
sit aditus, alia nunc
quoque tentanda est,
qua per solos Bertilones
vel Bertoldos, nomina,
Faringorum majoribus,
ut videtur, affecta, ascen-
dit.

Bertilo, Piratilo, Piritilo,
vulgari Germanorum sermone
Bertel, Bertold, Berchtold
unum idemq; nomen est,
enuntiatione modo et
terminatione varians,
non ipsa re discrepans.
In Brisgovicis octavi,
noni, decimiq; seculorum

Chartis, ubi Comitum
Brisgovia mentio, voces
hae longa satis serie
occurrunt.

A. 770. Monasterio S. Galli
traditio in villa Aginesheim
facta est Biraktilone
Comite. (a)

(a) Herrg. Geneal. Habsb.
Tom. II. n. 81.

A. 786. Ekino quidam bona
in Pago Piritilone, in villis
Neothaim et Amalpextivi-
lari sub Carolo Rege et
Biritilone Comite, eidem
S. Galli Coenobio dona-
vit. (b)

(b) Ibid. num. XVIII.

Eodem anno chartam tra-
ditionis praedii in Pago Ber-
toldesbara fiti, testes signarunt,
Biritilonius et Bertoldus Co-
mites. (c)

(c) Ibid. num. XIX.

Sed et alia hoc anno Abbatia
S. Galli donatio facta est
in Baco Pirikteloni in locis
Althaim et Hootzhaim sub
Carolo Rege et Pirikteloni
Comite. (d)

(d) Ibid. Num. xx.

a. 794. Perctoldus Comes
amplissimam in pluribus
Brisgovia villis donatio-
nem S. Gallo fecisse scri-
bitur. (e.)

(e) Ibid. Num. xxiv.

a. 800. Chadaloh, filius
Beraktoldi Comitis, he-
reditatem suam in
villa Wanga, ad Bagum
Bertoldes bara spectante
San-gallensibus dono
dedit. (f)

f Ibid. Num. xxix.

Biennio post Wago et
Chadaloh, filij Beraktoldi

Comites, novum monachis
 istis donum contule-
 runt. (9)

(9). Herz. c. L. num. xxx.

Atum inde in Chartis
 seculo IX. de Bertilonibus
 et Bertoldis silentium.
 At. sec. X. ut Brisgovia
 Comites denuo compa-
 rent frequentes.

A. gbs. Pirchtione Comite
 concambium bonorum in
 Kachinhova et in Perchusa
 inter S. Trutperti et S. Galli
 monachos factum est.
 Berghusium prope Tri-
 burgum Brisgovia situm
 est.

Nº 138.

A. 990. Otto III. Imp.
 Warmatiensi Ecclesia

Nº 148.

pradium Scateja. (9) in Pago
Brisiggowe et in Comitatu
Birchilonis situm, dona-
vit.

(9) Per Scatejam vicus Sche-
lingen prope Burchheim, et
Kimpurg intelligitur, non
Schliengen, ut pleriqz
est visum.

N. 155. et ex autogr.

A. 993. Otto. III. ob petitio-
nem Birchilonis comitis
ad ecclesiam S. Cyriaci
in villa Sulzberg dedit,
quidquid in ista villa
habuit, in Pago Brischoffe
et in Comitatu superius
jam scripti Birchilo-
nis Comitis situm.

N. 154.

Eodem tempore vel paulo
ante Birchilo monasterio

Sulzberg a se constructo
prædia quædam donavit.

A. 994. Otto III. monasterio

N. 149.

Waldkirch Benedictina

Regula Monialium in Pago

Brisgowe et in Comitatu

Birchilonis Comitis fito,

libertatem Angra et Cor-

beja monasteriorum dedit.

A. 995. Otto III. concambium

N. 150

inter Episcopum Wormat.

et Abbatem S. Galli factum

confirmat, quo prædium

Scateja in Ducatu Alaman-

nico, in Pago Brisachgowe,

in Comitatu Birichtilonis

Comitis fitum, Abbatia

S. Galli traditum est.

A. 1004. Henricus 2. Imp.

N. 158.

Sulzbergensi monasterio

facultatem dedit faciendi
mucatum in loco Kinda,
in Pago Brisgowe, in Comi-
tatu Bertoldi.

Nota. In Charta archivi
Bada-Durlac. legitur:
Kincka in Pago Brisili-
gouui in Comitatu Bertoldi.
Urstifus pro Kinda habet
Riaca. Kincka in in-
feriore Brisgovia est.

N. 163, et ea autogr.

~~(*) Herrgottus, num. 163, in
charta hac pro manu fratris
mei Gebhardi ponit manu filii
mei. Error ibi quoque in anno
pro 1010, in autentico Brunod-
rutani Tabularii, quod inspexi
legitur 1008.~~

A. 1008. Pirreolo omnem
suam hereditariam partem
cum manu fratris sui
Gebhardi (9) ad Casam
Dei in Sulzberg, in pago
Prisicheuu, in comitatu
Adalberoni Comitis tradidit.
Subscripta charta Perethols
Comes.

D. Margaretha Monaste-
rium in Waldkirch, in Nigra
silva, quod in Collegium Ca-
nonicorum dein conversum,
hodieq, viget, idem Biretulo
instituisse perhibetur. (r)

(r) Guillelmann. Habsburg.
lib. IV. Cap. 1. pag. 155. et
Cap. 2. p. 168.

A. 1028. Conradus 2. Imp.

Ecclesia Basil. quasdam
venas et fossiones argenti
in Comitatu Bertholdi
et in Pago Brisichgowe,
tradidit.

N. 170. cum quo conf. n. 185.

A. 1048. Henricus III. Imp.

Ecclesia Basil. confirmat
bona in Pago Brysihegowe,
in villis Mulinheim et
Ougheim, in Comitatu
Berchtoldi Comitis;

N. 179.

nec non in villa Pictensole,
in Comitatu supra dicti
Berchtoldi Comitis.

A. 1082. Hasso quidam
Duce Bertoldo, Comite
Herimanno Capellam
S. Nicolai in Eystatt,
Brisgovia vico, insti-
tuit. (a)

(a) Charta inter Docu-
menta Bad.

In omni hac chartarum
recensione prima et anti-
quissima Birtiloner, ut
superioris Alfatia Comitey
referunt.

Aginesheim, Egesheim,
Amalpertivillare, Amer-
aveyr, villa a. 770. et 786.

memorata, haud dubie op-
 pida Alsatia sunt, ex quo-
 rum priore Comites Egis-
 heimenses suum nomen ce-
 idam perunt. Nec equidem re-
 Comiti fragabor, si Piraktilonem
 bellan illum Comitem Comitibus
 stato, Provincialibus annue-
 insti rare volueris.

In ejusdem ^{vero} seculi VIII.
 progressu Bertilones in
 Brisgovia reperis.
 Seculo sequente intermor-
 et ant tui quasi, majore cum
 es, ut splendore seculo X. in
 Comiti Brisgovia rursus compa-
 rent, ita quidem, ut in se-
 Rhein quenti Undecimo in vicinis
 quoque et circumjacentibus
 a, Am Osteravia, Nigra Silva,
 o, et 7

Suevia et Francia Orienta-
lis regionibus divites eos
atq; terrarum potentes
reperiamus Dynastas,
quibus et Landgravia-
tus totius Brisgovia
commissus; uti Comita-
tus Provincialis superioris
Alsatia Comitibus Habs-
burgicis, Faringorum
Agnatis, à Cesaribus
quoque conceditus
fuit.

Sed et Brisgovia sub Otto-
nibus, Henrico Sancto,
Conrado Salvo et Hen-
rico III. Charta Birtilong
Bertoldas, quem Comites
Brisgovia memorent,

cur non in his quoq, Ber-
toldi l. majores quaramus.

Omnes certe in eadem pro-
vincia ejusdem nominis
atq, dignitatis partici-
pes, ejusdemq, muneris,
ac officii administratores,
per successiones statum,
ita se se exceperunt, ut
alter alterius filius
esse potuerit.

Nihil ergo jam impedit,
quo minus quatuor illos,
quos indicavi, Birtitones,
Bertoldos ejusdem quoq,
languinis participes fuisse
statuamus.

Unde genealogicum
Stemma sequens

exsurgit.

Pirithilo, Comes Brisg. 968.

Pirithilo, Comes Brisg. 990
995. qui dein sub nomine
Pereholdi Comitis Brisgou
1004. et 1008. occurrit.

Bertoldus, Comes Brisg. 1028.

Bertoldus I. Dux Carinthia
1068. depositus 1073.

Bertoldus II. Hermannus I
Dux Carinthia Marchio Ba-
postea Suevia denfis.

Bertoldo I. patrem affi-
gnamus Bertoldum illum
Comitem, qui in Charta
A. 1028. occurrit, in qua
legitur Comitatus Bertol
in Bago Brisigogoum.

Bertoldus hic Comes
Fisci, quin et Comes
Provincialis Brisgovia,
extitisse videtur.

Aegidius Hchudius (a)
Conradum Comitem
Bertoldo I. patrem assi-
gnat, avumq; Landol-
dum; ad Librum Vita
vel Necrologium Ein-
sidlensium provocans.
Sed Hchudius a clavis
Einsidlensium Actorum,
quae memoravimus,
verbis discedit.
Necrologium enim &
Einsidlenses Traditiones
patrem Bertoldi I.,
Bertoldum quoq; Comitem,

(a) Chm. Helvet. Part. 1. Lib. 1. p. 22.

et quidem anticipando
de Zehringen appellant. (b)
Birithilonem illum, Bris
govia Comitem, qui ab A.
990. usq. ad A. 1008. sub
Peretholti quoq. nomine
in Chartis (b) occurrit,
Bertoldi I. avum non
temere assigno. Sed
et chronologica sradens
rationes, ut Birithilonem
illum, qui A. 968. in
Charta nominatur,
Bertoldi I. proavum
constituamus, cujus nati
vitas seculi X. initia
haud dubie attingit

(b) Exant apud Herrgott. Tom 2.
p. 822.

(bb.) Inter testes donationis, quam
Birrcelo Ulzbergensi Monasterio fecit

Altius ne ascendam so-
bria conjectandi ratio
victas.

Ab hoc enim tempore
Brisgovica et Alfat-
ica Charta Bertoldus
et Bertilones silentio
premut.

Sed summa fœringium inter
nubila seculi IX. suum Ca-
pitulum abscondit.

In Omne enim hoc seculum
Bertilones ignorat, quos
præcedens octavium in Alfa-
tia et Brisgovia nobis
rursus suppeditat.
Verisimiles hinc Bertilo-
num Alfatiorum cum Ber-
tilonibus Brisgovicis con-
iunctio sanguinis est, evidens

eorum nexus per testes et
Chartas licet demonstrari
non possit.

Verisimilitudini major
gradus accedit, quod Ber-
tilonibus et Bertoldis
Insigne Gentilitium commune
fuit Leo erectus, uti ubi-
rius suo loco docebitur.
Per hos gradus generatio-
num incunabula gentis
sue a florentissima Ger-
manica Ducali familia
repetunt Badentes,
qua seculo XI. in Carinthia
et Suevia dives jam fuit
opum et potens; qua per
Provinciales Brisgovia
Comites ad Secaliumque
primordia, adeoque ad non

usque seculi finem Chartarum,
 non dubitarem, fide ~~apud~~
 pag. xxiv. Generationes ascendit.
 Privilegia haec est, quam
 in aliis Germania, quin et
 in Regnis totius Europa Do-
 mibus, Francicam si excipias,
 frustra requiras.

Evidentiores Faringenium
 origines nobis redderent
 Charta, quas venerabilis
 Abbatia S. Petri a Fa-
 ringis instituta, dotata,
 frequentata servaverat,
 ubi Bertoldus II. fundator
 eius ut et filius, nepos
 aliique huius Domus Principi-
 pes sepulti sunt.

At Monasterium hoc
 quinquies combustum,

non membranacea tantum
pleraque, sed et omnia la-
pidea Monumenta Bertol-
dina amisit.

Inter alia tamen Brotulus
seculi XIII. superest, qui
in originibus Baden-
sibus praecipuam nobis
lucem, ut infra osten-
demus, accendit.

Epocha 2^a qua
Faringica

Commentarios autem
Blerum Faringo - Baden-
sium, dum scribendos
suscepimus, non aetis
Bresgovia, Ortenavia
aut Badensium terra-
rum limitibus non includi
sentimus. Exspatiandum
est latius.

Omnis ab originibus suis
 superior Rhenus; Bur-
 gundicum Transjuram
 et Arelatense nobilissima
 Regna; omnis Burgun-
 dica et Alemannica
 adeoque Cis et Trans-
 jursana Helvetia, ut
 et Vallesia, potentes
 Suevia Carinthiaque
 Ducatus, cum Marchia
 Verona, olim a Fran-
 gensibus recti; —
 Austria Ducatus ad
 Fredericum illum
 Badensem translatus;
 Lotharingia filiam,
 Ducatus illius partis
 heredem, eidem Domui
 in Marchionissam

transmittens, in suas
profecto finqui nos
provocant partes,
et tot diversorum
populorum Historia
penetrata, ut ad eam,
invitant.

Sed jam tempus est, ut a
genealogicis Historiconum
tritis ad lucidiora et spe-
ciatim ad Historiam Za-
ringia Ducum, a quibus
proxima Badensium
derivanda origo, pro-
grediamur.

Illustria Bertoldorum
Zaringensium fata no-
bilem historia Germa-
nica 150. annorum (a)

(a) ab a. 1056. usq. ad 1218. quo senior Za-
ringensium ramus exaruit.

Periodum, sub Salicis et
 Suevici Imperatoribus
 constituitur, per quod
 omne tempus illi in
 turbulento rerum
 Germanicarum theatro
 comparuerunt acto-
 res.

Hac autem Periodus
 a Bertoldo illo, Carin-
 thiorum Duce, suum
 capit initium.

Potentis ergo huius
 Principis et descenden-
 tium eius prima li-
 nea, qua Bertoldos
 quinque et Conradum
 complectitur Vitae
 et fata ex idoneis

ac plerisque ineditis
diplomatibus, Chartis
et Actis, quas Helvetia
mihi omnis liberalitas
et generose suppeditavit,
exponam; quod breviter et
Annalium factorum
sum ordine; ad
lineam juniorem,
quae Badenenses,
Hachbergenfes et
Sausenbergenses com-
plectitur absoluta
Faringorum Historia
transiturus.

Juringia et Badensis Do-
 mum communis Sator est
 illustris ille Carinthia
 Dux et Verona Marchio
 Bertoldus 1. magnum
 sui temporis Germa-
 nia lumen, cuius ami-
 citiam Imperator Ro-
 manus et Pontifex
 Maximus inter se disti-
 dentes, solliciti ambi-
 verant, favore ejus
 vel odio magnum
 partibus suis pondus
 accessurum esse arbi-
 trati.

Bertoldi hujus filii
 Bertoldus 2. Dux et
 Hermannus 1. Marchio

Cluniaci mortuus, con-
ditores sunt duorum
ramorum, quorum
ille Senior Faringia
Duces, hic junior Mar-
chiones Bada pro-
duxit.

Tres priores Bertoldos
anticipando Faringia
Duces appello, quod
Faringia Ducis appellatio ante
A. 1125. ~~facere~~
~~non~~ non occurrit in
Chartis. (9)

Bertoldi nostri ante
hoc tempus simpli-
citer Duces vocantur
quoniam heredita-
ria Familiarum
nomina tum primam

(9) Nominis Zerlingen, via nempe,
non Cisteri, prima mentio in Charta A.
1008. qua Henricus 2. germ. Rex Sal-
beroni Episcopo Basil. banum feracium
concepit.

exorta sunt.

Eodem modo ex Her-
mannidis duo priores
simpliciter Marchio-
nes, non Marchiones
Bada dicuntur in
Chartis.

Juniores tamen
solent proleptice
loqui, quorum ex-
emplum in Farin-
gis et Badenfibus
exponendis secutus
sum.

~~Excerptum ex libro de rebus
procuratorum~~

Origo Faringia Ducum
ab Etichone, Alfa-
tia Duce, Habsbur-
gicorum latore,
non certa omnino
sed verisimillima
est.

At Faringorum
cum Badensibus
nexum inter certa
et indubitata
historica verita-
tes repono.

Faringos ex Alfa-
tia in Brisgoviam
progressos esse,
probabiliter credimus,
Badenses à Faringis
exortos esse historice
scimus.

Diversos hos verifi-
 militudinis et certi-
 tudinis genealogica
 gradus, qui non probe
 distinguunt, illi pro-
 fecto in scribendis
 Gentium et familia-
 rum Historiis non
 rite procedunt.

Methodum tamen
 hanc Geographi,
 non modo Badenses
 sed et alii plerique
 negligere solent.
 Unde apud eos fa-
 bulosa cum veris, du-
 bia cum certis, veri-
 similia cum falsis,
 indiscriminatim
 miscentur. Nos ergo

jam ab Epocha conjecturali ad certam,
hoc est, ab Etichonea
ad Faringicam expo-
nendam progredimur.

Bertoldi nomen Du-
cibus Faringia
proprium fuit et
quasi nativum.
Orthographia ejus
uti nominis Bertilo
in scriptoribus et
Chartis, mire varia-
vit; in quibus forma
sequentes, Berkhold,
Bertold, Berthold,
Bertulf, Pertold,
promiscue leguntur.

Bertoldus I. Suevi-
 gena⁽⁶⁾ antequam Ca-
 rinthia Dux fieret,
 Dynasta vel Comes fundi
 in Brisgovia fuerat.
 Sed et Comitatum
 fisci vel Provinciam
 Brisgovia ab Impe-
 rio tenuerat in
 feudum; in Chartis
 enim A. 1047. 1048.
 1049. et 1073. Comes Bris-
 govia⁽⁷⁾ appellatur.

(6) Bertoldus IV. in Charta.

(7) Herrg. Geneal. Habt. b. Tom. II.
 num. 178. 179. 180. 188. omnes
 charta qua ab A. 1048. sub
 Henricis tertio quartoq; ob-

Henricus III. Imperator
spem ei fecerat, Suevici
obtinendi Ducatus, quem
tunc tenebat Otto de
Schweinfurt. Certior
ut esset promissi, annulum
ei suum obtulit; ^(c) unde
jam a. 1052. Dux Ber-
toldus occurrit. ^(d)

veniunt, referenda sunt
ad Bertoldum I. sive Comitis
sive Ducis axiomatica insignia
sua.

(c) Annalista Saxo - Conradus
Uspersgensis ad a. 1057. p. 168.

(d) In Charta Hesponis cujusdam
qua Capella S. Nicolai in Eyspate
Brisgovia vico fundatur, funda-
tio haec a. 1052. Bertoldo
Duce, Comite Herimanno
facta esse scribitur. Bertoldus
hic idem profecto est, qui

sum autem Casar a. 1056.
 Et anno sequenti Otto
 Dux Suevia obiit, Ber-
 toldus noster ab Agnete,
 filii impuberis, Henrici
 IV. Imper. matris, Ducatum
 petens, tulit repulsam.

Imperatrix Mathildam
 filiam suam, Rudolpho,
 Rheinfelde Comiti, in
 matrimonium dedit,
 generoq; huic suo Duca-
 tum Suevia, preterito

paulo ante Comes Brisgovie et
 a. 1072. apud Lambertum Schaffna-
 burg. Dux Carnotensium appellatur.
 Videtur ergo nomen Ducis gessisse,
 quod Henricus III. Imp. Ducatum
 Suevia, vivo adhuc Duce Ottone
 ei promiserat. Lexicon Dasil.
 Historicum in art. Baden, Chartam
 hanc corrupte allegat, scribens in ea
 legi Bertoldo Duce, Marchione Heri-
 manno.

Bertoldo, a. 1057. com-
misit. (a) Injuriam
Bertoldo factam, ut Im-
peratrix repararet, Duca-
tum Carinthiam cum Mar-
chia Verona, Ducatus an-
nexa, qui post Conradi 3.
Ducis mortem per bien-
nium vacaverat, a. 1060.
eidem concessit. (b)

(a) Hermannus Contract. Anna-
lista Saxo, Chronica S. Pantaleonis
ad a. 1057.

(b) Hermannus Contractus ad a.
1060. "Conradus qui Carinthiam
solo nomine Ducis praefuit, mo-
riens locum dedit. cuius Ducatum
Bertoldus Suevigena accepit.
Joh. Christoph. Pesterus in Serie
Ducum Carinthiae Hermannus mi-
nus recte Lambertum Schafnabur-
gensium opponit, qui ad a. 1058.
Conradi Ducis mortem refert.
Pitida est fabula, quam de causa

Bertoldus h. Ducatum et
 Marchiam plures per annos
 tam feliciter rexit, ut filio
 ejus Bertoldo, rogatu pa-
 tris Bertoldi, eundem Du-
 catum promiserit Casar. (c)

Bertoldi in Ducem creati per scri-
 psit Felix Faber Hist. Suevor.
 lib. 1. c. 19. Eandem fere repetit
 Fabulam Chron. friburgense
 p. 44. quod edidit Schilterus ex
 Argentinenfi Archivo.

(c.) Annalista Saxo ad A. 1057.
 Pro qua corruptione lenienda Du-
 catus Carinthianum ei (Bertoldo)
 committitur, quem postea filio suo
 et a quoque, rogatu ipsius, Rex
 Henricus commisit, Falluntur
 itaq; Otto Frisingensis lib. 1. c. 9. et post
 eum Anonymus Fragmenti Historici
 apud Histisprum Auctor, quem Albertum
 Argentinensem esse censo, pag. 84.
 Scribentes, Bertoldos, Duces fuisse dictos,
 nullum licet habuerint Ducatum,
 nisi quis Ducatum esse dicat Comita-
 tum inter Juram et Montem Jovis:
 vel a Ducatu Carinthiano, quem nunquam
 habuerunt, Duces eorum nomine habere an-
 tes contendat, Carinthianum Duca-
 tum per totos XIII. annos rexere Bertoldi,

At Henrici IV. Imp. cum Saxo-
nibus discordia a. 1070, in
civile bellum quum erum-
pere coepisset, mutatus est
caesaris animus. Tunc cum
Rudolpho Suevia Ducem
sororis suo, jam pridem
varias ob causas a lucras
discordiam, quam caesaris
mater, inter filium generumque
media, utrunque sopavit,
donec nimia Henrici IV.
in levissimum quemque ho-
minem propeitis plerorumque

quod ignoravit Otto Frising. et qui
cum secutus est Albertus Arg.
Omnes illas terras inter Juram et
montem Jovis, quas Conradus Dux Sa-
ringia ejusque filius Bertoldus IV.
et nepos Bertoldus V. tenuerunt,
Comitatum appellat, quae splendidum
Ducatum, magnamque Transjuram
Burgundiae regni partem composuerunt.
add. Froelich Archontologia Carinthiae
pag. 3.

Proterum animos ab eo
alienasset. (d) Tum vero et
emulatio vetus, quam Sue-
via Ducatus Bertoldo 1.
exceptus, inter Radolphum
et Bertoldum excitaverat,
imminui coepit.

Cæsaris in Bertoldum hinc
nata suspicio; cuius fidei
potens illa Marchia Ve-
rona, Italia clavis, una
cum Carinthia Ducatu

(d) Bertoldus constant. ad a. 1070.
• Radolphus Dux Alemannia, et
• Bertolfus Dux Carinthiorum et
• Welf Dux Bajorie, a Rege
• Henrico discesserunt:
• quia alijs subeuntibus
• consiliariis, suum confi-
• lium apud Regem non
• valere perspexerunt.

concredita fuerat; quos
surbis cum Gregorio VII.
Pontifice ortis Marchionis
sibi addicto et non dubie
fidei committendos esse,
consilio politico arbitra-
tus est Caesar. Abstulit
ergo Bertoldis, patri
filioq; Ducatum cum
Marchia (E) eosq; Marquar-
do cui dam Adelberonis
Ducis filio, (F) consanguineo

(E) Lambertus Schopfiaburg. ad A.
1070.

(F) Annalista Saxo, ad A. 1057. et qui
cum sequitur Conradus Ursperg. ad
A. 1077. novum Carinthia Ducem sui-
dolsum vocant, consanguineum Ce-
saris; sed Luitolfum hunc, Marquardi
filium, A. 1077. demum Patri in Ca-
rinthia successisse Ducatu, egregie docet
Froelich in Archontologia Carinthia p. 24.
Ulricus Marquardi huius filius a Monacho
Sargattensteyn, a. 1077. electus est et ab
Henrico III. confirmatus. cf. Brusthii
Chronologia Monasterior. Germ. p. 119

suo, commisit, quod A. 1079.

factum esse comperimus.

Bertoldus, origine comes,

Ducatu ab Imperatore

privatus, axioma tamen

Ducis retinuit, atqz, ad

posterios propagavit.

Lambertus Schafrabur-

gensis tum vivens, nunc

Ducem simpliciter, nunc

Ducem Carent^{no}is, etiam

post depositionem Ber-

toldum appellat.

Triennio ante idem ex-

pertus erat fatum illustri

Dux Otto, ex Comitibus

de Northheim, cui Bava-

ria Ducatum eodem modo

Henricus Imperator ade-

mit. Otto tamen Ducis

titulum servavit, licet
Ducatu careret: (g)
Nec modo Bertoldus pater,
sed et filius senior, cui
Spes patri in Ducatu suc-
cedendi jam facta, Ducis
titulum retinuit. Filius
autem natus junior Her-
mannus, titulo Marchionis
inclaruit, ille nimirum,
Hermannus Marchio,
qui Bertoldo Constantiens.
(h) teste Cluniaci a. 1074.
decessit.

(g) Lamb. Schafrnaburg. id a.
1070. sqq. Bruno in Hist. Beter
Saxon. p. 106. Chronic. Monasterii
Mellicensis a. 1071. in Hist. Petri
Scriptorib. rer. austric. tom 1.

(h) In Chron.

Quid autem frequentius,
quam ut pater Ducatus
et Marchionatus possessor,
nomina dignitatum inter
filios dividat.

Quid usitatius, quam ut
Principes Viri, depositis
vel etiam amissis dignita-
tibus, axiomata tamen
earundem retineant.

Sed de Hermanno Mar-
chione uberius acturus
sum, in Rebus Badenfi-
bus, quem ille verus et
genuinus Stammi Badensis
censendus sit sator.

Injuria Bertoldo illata,
atrocitatem denique senserat
Henricus, atque hinc

Hartesburgi, ubi Bertoldus
eum adierat, variis sermo-
nibus animum ejus declinare
studuit; simulans, Mar-
quardum, quem ineptissi-
mam hominem vocavit,
se in suo Principibus
in scis, invasisse Carin-
thiam, nihilq; a deo de
jure suo amisisse Ber-
toldum. Petit ergo
ab eo Caesar, ut cum Ep-
iscopis Criticensi et Osna-
brugenfi se conferret
ad Saxones illosq; ad pacem
induceret; ad hoc nego-
tium praecipue idoneus,
quod vir summa prudentia et
popularis eloquentia fuerat,
ut Lambertus ^{h)} testatur.

(h.) Lambertus Schafnab. ad A. 1070.

Bertoldus, Caesaris Astu-
tiam licet optime nosset,
ejus tamen satisfecit
petito.

Saxones tranquillita-
tem promiserant, si arces
in Saxonia exstructas de-
moliturus esset Caesar,
quod pertinaciter hoc se
facturum negavit, unde
omnis pacificatio irri-
ta.

Ab eo tempore communia
cum Rudolpho Sueviae
Duce, Caesaris affine et am-
ico, semper Consilia agi-
tauit Bertoldus.

Vinculum amicitiae ma-
trimonio roboratum.
Hujus enim filius

cognominis, filiam Ru-
dolphi, Agnetem, duxit
uxorem. Inter hæc
Regengerus quidam,
Cæsaris familiaris, Ru-
dolphi et Bertoldo
Ducibus revelavit, Cæsa-
rem vite eorum insidiari.
Delatio seu vera, seu
ficta, movit eos, ut
de Cæsare deponendo
agitarent consilia,
qua tamen obtestationibus
atq; promissis Henricus
aliquandiu avertit.
Eventus hi sunt Ann.
1072. quo Ducatus
Carinthia Bertoldo
ereptus. Neq; tamen

Bertoldus atq; Rudolphus soli erant, qui

~~se~~ sese opposuerat Casari,

sed Moguntino et Coloni-

ensi, Argentinenfi et

Wormatiensi Brasulibus,

Bavaria, Lotharingia,

aliisq; Ducibus sua iun-

xerat consilia (m.)

A. 1075. Indict. XIII. Grego-

rius VII. Rudolpho, Sue-

via Duci, et Bertoldo

nostro literas scripsit,

quibus eos, ne simoniacos

recipiant, hortatur. In

literis his Rudolphum

Ducem, carissimum sancti

Petri filium appellat. (n.)

(m.) Lambertus Schafnaburgensis ad A. 1074.

n) lib. II. Epistolae Gregorii VIII. n. 45. in actis
Conalior. Tom. X. et Paulus Fernriedens. in
Vita Gregorii VIII. cap. 29. apud Mabillon Vit.
Sanctor. Ord. Benedict. Lec. VI. Part. 2. p. 422.
et Murator. Scriptor. Aet. Ital. Tom. III.
p. 326.

sup. Inno. ibid.

Tum vero navi in Saxonia
motus quam fuissent ex
orti, Saxones denique lega-
tos ad Rudolphum et
Bertoldum duces mise-
runt, opem eorum contra
Casarem implorantes; (o)
sed frustra Rudolphus
et Bertoldus, qui paulo
ante cum Casare in-
gratiam redierant, (p)
socii cum Henrico Imp
adversus Saxones arma
tulerunt. Victi
prostratiq; ad Unstrutum
Thuringia Saxones,
rebellionis suae graves
Imperatori poenas dederunt

(o) Lambert. loc. alleg.
(p) Bertoldus Constant. ad A. 1074.

Sed e proelio illo reversi
 Rudolphus et Bertoldus
 Dites nova de Henrico
 deserendo consilia agi-
 tarunt; adversus Saxones,
 quos innocentes credi-
 derant, non amplius
 se pugnaturos professi (P.)
 unde etiam nova Hen-
 ricæ Casaris expeditioni,
 quam mense octobri
 ejusdem anni in Saxo-
 niam suscepit, neuter
 accessit; sed habito cum
 Saxonibus consilio,
 denique perfecerunt,
 ut Saxones a bello di-
 scedentes Henrici Regis
 protestati sese permitterent,

(P.) Bruno de Bello Saxonico pag. 194.
 apud Freher. Tom. 1. Analista
 Saxo ad A. 1075.

Rex vero, dimissis copiis,
in gratiam Saxones
reciperet. Captivi tum
Saxones per Germaniam
distributi, et principibus
hinc inde in custodia
traditi; ^(pp.) unde in donatione
quædam monasterio S.
Blasij circa hæc tempora
facta, quam Henricus
V. Imp. a. 1125. Argentina
confirmavit. ^(m.) plures
Saxonia principes,
cum Rudolfo Duce de
Winvelden et Bertoldo
nostro Duce occurrunt.
A. 1076. in conventu Bro-
cerum ^(q.) de pace conci-
lianda deliberantium,

^(pp.) Bruno loc. alleg.

^(m.) Herrg. Tom. II. pag. 128.

^(q.) Bertold. Constant. a. 1076.

primo iterum loco Rudolphus,
 Dux Suevorum, Welfus Dux
 Bajuvariorum, et Bertoldus
 Dux Carentinorum nomi-
 nantur, qui haud diu
 post Ulma ejusdem rei
 causa convenerunt;
 de publica quiete
 semper solliciti, non-
 dum tamen Caesaris
 hostes aperti. (r)
 Eodem hoc anno Caesar,
 Rudolpho et Bertoldo
 Ducibus, quos pra ca-
 teris habebat contra-
 rios, graves infidias
 struxit (m) unde hi
 a. 1077. non tantum

(r) Lambertus Sci. alleg.

(m) Bruno de bello Saxonico pag. 196.

Regi petenti denegarunt
auxilia, (r) sed et in Ita-
liam profecturo aditus
omnes clauserunt, ut
ab introitu eum pro-
hiberent. Via tamen
per Burgundiam. Trans-
juranam sumpta in
Italiam pervenit Caesar,
ibique cum Gregorio
VII. reconciliatus,
brevis post iterum ad-
versarius ejus factus
et hostis. Unde Ger-
mani, a Pontifice
instigati, Rudolphum
Suevia Ducem, Anti-
Caesarem elegerunt (s.)

(r) Chron. Citiense apud Bistor.
Tom. 1. p. 1144.

(s.) Bertoldus Const. Analista Saxo
ad a. 1077.

Bertoldo nostro electio-
nem praesertim promovente,
qui Rudolpho constanter
adhaesit. Rudolphus in
Regem electus, solennem
Gregorio VII. Pont. nun-
tium destinavit, plura
ei promittens, quibus con-
firmandis filium suum
et fidelis sui Ducis
Bertoldi filium obsides
Gregorio obtulit. (t)
Indignatus Caesar

(t) Conf. oratio Gregorii VII. in
Concilio Romano habita A. 1080. Acta
Concil. Tom. X. pag. 383. et Cautus
Bernriedensis cap. 107. apud Mabillon.
Vit. Sanctor. Sec. VII. Part. 2. p. 346. et
Murator Script. Rer. Italicar.
Tom. III. p. 346. Idem postea repe-
tutum est in Concilio Murtzburgenfi,
eodem hoc Anno a legatis Gregorii VII.
Pont. habito. Acta Concilior. loc.
alleg. p. 385.

Bertoldi terras invasit
et Comitatum in Brisgo-
via, ipsi inter alia adem-
tum, Wernhero 2. epi-
scopo Argentinensi, ste-
nuo aspecta suo, qui Hir-
aegienſe Monasterium
refractarium Casari,
evertere voluerat, do-
navit. (a) Comitatus
hic haud dubie ipse
fuit Provincialis Comi-
tatus, qui Landgraviatus
nomine deinceps innotuit.
Judicis hoc Provincialis
officium constituit Casar

(a) Legitur Charta apud Herrg.
Genealog. Habsb. T. 2. n. 187. p. 107.
Autographum Donationis, Alieca
bulla munitum, in Episcopati
Tabulario extat Tabernis.

intra et Comitibus pro arbitrio
 in Brin in feudum temporarium
 concessit, quod in Comita-
 ribus fundi vel Dynastiis
 censu, seu allodialibus Ber-
 quid, foliis terris non habuit
 locum. (b)

Bertoldus dignitatibus
 et, doctusq; officiis, quas ab Im-
 peratore perio tenuit, spoliatus
 ipse non nisi hereditarias
 et patriomoniales re-
 tinuit terras.

Ceterum Bertoldus hic
 Weilhemii, sub Castro Tecca,

(b) Fallitur itaq; Jo. Christoph. Pes-
 lerus in Lexic. Duum Carinthiae §. 9.
 existimans, Bertoldum l. avites quoq;
 et patriomonalibus terris fuisse spo-
 liatum, quum Comitatus ille, quo
 eum exiit Imp. ipse Comitatus
 provincialis Brisgovia fuerit.

que Wuxtembergici nunc
juris sunt, Monasterium
sub Regula Benedicti
construxit. Constructionis
annum scriptores non
indicant. Bertholdus
Constantiensis (9) men-
tionem ubi facit Mona-
sterii S. Petri in Nigra
silva a Bertholdo 2.
A. 1092. extracti, adjicit
eum coenobio suo per
novo junxisse bona
alterius Monasterii
quod Ducus Pater
alio loco adificaverat.
Jam vero novimus, Weilhe-
mianum sub Toccense Coeno-
bium in Propositu-
ram conversum, nostro
(9) Chron. A. 1092.

adhuc avo Monasterio
San Petri subesse.

Ea illis, quae huc usque
relata sunt, colligimus

Bertoldum l. Faringen-
sium satorem, fuisse

principem, proprio patri-
monio validum, postquam

Ducatus Carinthia ei
quoque fuerat ereptus.

Fragmentum historicum
Alberti Argent. apud

Ustissium ex nobilissimis
Optimatibus Regni pro-

gnatum fuisse scribit. (6)
Ultimo vita sua anno

Bertoldus cum Adalrico
S. Galli Abbate, Marquardi

Carinthia Ducis filio,

6) ad a. 1125.

qui Henrico IV. Imp. con-
stanter adhaerebat, bello
quoque, gessit, vastatague,
late Brisgovia ac bonis
monasterii S. Galli ferro
et igne deletis (c) inter
medias has turbas diem
clausit supremum, A. 1077.

(c) Burchardus de Casibus Mona-
sterii S. Galli cap. 7. apud
Goldastum Scriptor. Aer. Alem.
Tom. 1. pag. 68. Burchardus
hic Bertoldum I. Carinthiae
Ducem et filium eius Ber-
toldum II. Marchiones non
Duces adpellat. Scriptor hi-
vixit sub Frid. I. Imp.
Chronographus Saxo, Chron.
S. Pantaleonis, Conradus
Urspergensis ad A. 1077.
Bertoldum ex dolore diem
obuisse dicunt, delirio corre-
ptum, quum late omnia va-
stari ab Henrico videret.

Sepultus Hirsaugia. (d.)
Juniores eum Barbatum (e)
vocant, quo auctore ignoro.

(d.) Annalista et Chronographus Saxo,
Conradus Ulspersensis, Fragmentum
Historicum Alberti Argent. et Joh.
Tritheimius in Chron. Hirsaugiensis
A. 1077. decessisse voluit Bertoldum
I. Ducem. Bertholdus Constantiensis
solus ad A. 1078. mortem ejus
refert. quem sequitur Dill.
in seiner Kurzen genealogischen
Historie der ehemaligen Herzoge
von Zähringen in Samuel
Dotters Sammlung verschiedener
Nachrichten pag. 381.

Paterum Conradus Ulspersg. ad A. 1077.
Chronicon Constant. apud Pistorium
pag. 666. Tritheimius loc. alleg.
Bertoldum hunc Ducem in quodam
castro suo Lyntberg. (ita enim
legi debet.) naturaliter muris,
defunctum esse dicunt. Castrum
Limpurg Brisgovia ad Alhenum
est; sed alterum in Suevia prope
Hirsaugiam, ubi sepultus est
Bertoldus, heic intelligendum
esse videtur.

(e.) Guillim. Lit. IV. cap. 3. p. 203.
Chron. Friburg. pag. 4.

(m) Probat hoc Documenta
apud Froelich in Archontologia
Carinth. p. 28.

(x) de sanctis Monasterii
S. Galii Cap. 7. apud Goldast.
Aer. Alem.

Eodem, quo Bertoldus Dux
anno vivere quo que de-
sint, (m) amulus ejus, Mar-
quardus, Carinthia
Dux.

Vixerat hic adhuc, quum
Anticasar eligere tur,
Rudolphus. Ita enim
Berthardus (x) scribit.

„ Rex Henricus mox
„ ut Ducem Rudolphum
„ de Rinfelden regnum
„ sibi usurpasse audivit,
„ Pascha Verona mo-
„ raturus, per Carinthias
„ Domino Marquardo
„ et filio suo Luitoldo
„ Duce sibi Ducatum
„ praebentibus ad Teu-
„ tonicam partes rediit.

Bertoldo 1. uxores tribu-
untur dua, Richwara et
Beatrix. Richwaram
Guillimannus ^(a) stirpis
incerta, Bistorius ^(b) Mar-
chionissam Carinthia
appellat, sed neuter te-
stem produxit.

certior est Beatrix, filia
Ludovici Comitis, soror
Friderici Marchionis,
cujus obitum ad A. 1092.
referunt annales. ^(c)

Beatrix haec consobrina
fuit Mathildis illius,
Tuscia Comitissa.

(a). Habzburg. l. v. cap. 1. pag. 220.

(b) Tab. Genealog. Saxonum, quae Mantu Chron. Constantiensis, respicit, quod extat Tom. 3. Scriptor. Her. Germ. Historie ad pag. 742. —

(c) Berthold. Constant. A. 1092. et seq.

Scilicet Fridericus Lottharingia Mosellanica Dux a. 1022. defunctus, teste Genealogia S. Arnulphi filias habuit duas Beatricem et Sophiam.

Beatrice nupsit Bonifacio Atestino, Tuscia Marchionem mater facta Mathildis, Tuscia Comitissa.

Sophia vero uxor fuit Ludovici cujusdam Comitum; ex quo Fridericum Marchionem, nostramque de qua loquimur, Beatricem suscepit.

Exponit hæc Bertholdus Constant. ad A. 1090. quo decessit Sophia:

„Nobilissima, inquit,
„Comitissa Sophia

vidua, Ludovici Comitis,
 mater pia memoria
 Beatricis et Friderici
 Marchionis, in senec-
 tute bona, cum jam
 multos filiorum vi-
 deret, diem clausit
 extremum.

Ne vero de Beatrice
 Duce remaneat dubium,
 adde eundem Berthol. I.
 Constantiens. ad A. 1092.
 ubi obitum Beatricis
 refert. Beatricem
 ibi vocat sororem
 Friderici Marchionis
 et uxorem quondam
 Bertoldi Ducis. —
 Restat, ut probemus,
 hanc Sophiam eam ipsam.

esse, de qua Genealogia
 S. Arnulphi loquitur.
 Bertoldus Constant. ad A.
 1092. ubi de hereditate Tau-
 rinenfis Comitissa, Adel-
 hayda, sermo est, dicit,
 eam spectasse ad filium,
 Friderici Marchionis
 ex nepte Dñe Adelhayda
 susceptum. Fridericus
 vero Marchio filius erat
 Dñe Sophia et Ludovici
 Comitis, qua matertera
 erat Comitissa Mathil-
 dis, cujus Dominum, id est
 maritum, vocat Duce[m]
 Guelfonem. En stemma

Fridericus Dux Lotharing. Mosell. F. 1033.
 uxor Mathildis Sueva.

Beatrix nupta
 Bonifacio Atestino

Mathildis, Comitissa
 Tuscia.

Sophia nupta
 Ludovico Comiti

Fridericus, Marchio
 Beatrix, nupta Bertoldo I.

Tabula Geneal. Chronico
 Constantiensi apud Pi-
 storium in sexta, plures
 Bertoldo liberos assi-
 gnas; ex quibus nos
 Bertoldum 2. Ducem,
 Hermannum Marchio-
 nem et Gebhardum,
 Episcopum Constant.
 notamus. Analista
 Saxo et Abbas Ussper-
 gensis (*) Bertholdo,
 Carinthia Duci
 filium equivocum tribuunt.
 Gebhardum fratrem
 fuisse Bertoldi 2. Ducis,
 Bertholdus Constantiensis
 et Fragmenti Urstipiani

(*) Chron. a. 1057.

quator (a) nos docent
Hermannum qui Clu-
niaci obiit, sator,
Domus Brada Mar-
chionum, (b) Ber-
tholdus Constantien-
sis filium quoque
Bertoldi Ducis (c)
appellat.

Bertoldus s. filias
num habuerit in certum

(a) ad A. 1092.

(b) de Hermannus hoc
infra inter Marchio-
nes Badenses agi-
mus.

(c) A. 1074.

est. Pesterus (2) filiam
 ei tribuit Agnetem,
 quam Gista Regi
 Hungaria nupsisse
 scribit. Bertholdus
 Constant. qui ad A.
 1090. obiit scribit
 sororem, Bertoldi
 Ducis, Reginam Hun-
 garia, in errorem
 forte induxit Pes-
 lerum, ut crederet,
 sororem Bertoldi
 2. Faringensis hic
 intelligi, quum.

(a) Kürze historische Nach-
 richt des Herzogin von
 Gärtingen in der Familien-
 Chronik

Rudolphi Anti-Cesa-
ris filia intelligenda
sit, quae uxor videtur
fuisse Ladislai I.
Hungariae Regis,
qui duas Giselam
et Adelheidem,
uores habuit.

Gulabrunn Anzeigen
Nov. Jahr 1751. XIV. ^{Teil}
pag. 324^b

Trium Bertoldi 1. filio-
 rum natus maximus fuit
 Bertoldus 2. qui patri in
 titulo Ducis, in Landgravii
 Regis Brisgovia dignitate, in
 Dynastia Svecicis, Domi-
 nis Brisgovicis et orbe
 navicis, uti Herman-
 nus in titulo Marchio-
 nis et in Ufgovicis,
 aliisque, Francia orienta-
 lis terris successit.

Gebhardus vero ad sacrum
 ordinem transiit.

Bertoldum 2. filium
 fuisse Bertoldi 1. jam
 supra ostendimus.

Annalista Saxo & Con-
 radus Ursperg^(a) Bertoldo 1.

(a) ad a. 1057.

filiam equivocam tribuam
cui Henricus IV. Imp.
spem in Ducatum Carinthiam
concessit, sed postea tam
patri, quam filio Ducatum
hunc, ut jam diximus,
abstulit.

Bertoldus hic, vivo
adhuc patre a Rudolpho
Anti-Cesare (a. 1077. Gre-
gorio VIII. Pont. oblatus
est obses ^(b) atq; circa
eadem fere tempora
Agnethem, Rudolphi
Anti-Cesaris filiam,
duxit uxorem.

Hunc intuitu matri-
monii hujus, Suevia
Ducatum genero suo

(b) Conf. supra in Bertoldo 1.

commississe Bertoldo,
 auctor est Otto Frising.
 episcopus, scribens: (d)
 „Occiso Rudolpho, gener
 ejus Bertolfus Ducatum
 Suevia tanquam a so-
 cero sibi concessum, usurpat.
 Concessio hac facta ante
 a. 1080. quo Rudolphus
 Anti-Cesar extinctus est.
 Bertholdus Constant. scri-
 ptor coevus epocham
 hanc praterivit silentio;
 sed a. 1092. Bertoldum 2.
 ab Alemannia proteri-
 bus Suevia Ducem ele-
 ctum fuisse memorat.

En verba ejus. „Iterum
 principes Alemannia,

(d) de Gestis Frid. 1. lib. 1. cap. 7.

ad defensionem S. Matris
Ecclesie contra schisma-
ticos unanimiter conve-
nerunt, sibiq; ad hoc
negotium exequendum,
fratrem Constantiensis
Episcopi Bertoldum
Ducem totius Suevia
constituerunt, qui non-
dum aliquem Ducatum
habuit, et si jam dudum
nomen Ducis habere
consoverit.

Othonem Frising. qui Con-
stantiensi Chronographo
conciliare voluerit
duas ille epochas Du-
catus Suevorum, a Ber-
toldo 2. administrati,
distinguat, necesse est;

alteram quae a Rudolpho
 Anti Caesare temporibus
 sumit exordium, alteram
 quae ab A. 1092. currere
 incipit. Dua porro trans-
 actiones a Bertoldo nostro,
 cum Friderico Staufensi,
 cui Henricus IV. Imp. cum
 Agnete filia Suevia Du-
 catum contulerat, ^a inita,

(a) Epocham Ducatus Suevia fride-
 rico Hohenstaufio collati defi-
 nire non licet. Henricus Imp.
 ipsi Rudolpho Anti Caesari, hosti suo,
 generum videtur opposuisse
 fridericum, quem Bruno de
 Bello Sax. jam A. 1077. Ducem
 adpellat, nisi per πρῶτος id
 scripsisse dixeris Brunonem.
 Tranquillam vero possessionem
 Ducatus diu non obtinuit fride-
 ricus, cui post Rudolphi Suevi mor-
 tem cum Bertoldo, filio eius, et demum
 cum Bertoldo Faringio nostro plures
 per annos colluctandum fuit.

admitti deberent, quarum
altera ante a. 1092. altera
post hunc annum figenda,
quum supervacanea plane
fuisset nova electio, nisi
Bertholdus jam ante a.
1092. breviter Ducatu,
transactione, cum Fri-
derico Staufenfi facta,
se abdicasset.

Verum enimvero distin-
ctioni huic non modo
silentium Bertholdi
Constant. sed et mani-
festa ejus verba repu-
gnant, quae priorem
illam epocham, ab
a. 1080. inchoantem,
penitus videntur de-
struere; quum ante

A. 1092. nullum ducatum
 dicat habuisse Bertoldum
 2. licet Ducis titulum
 gesserit, quod dicere
 profecto non potuisset,
 si Rudolphus Anti-
 casar Ducatum Suevia,
 quem ipse tenuerat,
 Bertoldo 2. tradidisset.

Bertholdus Constant. sum-
 mam in omni hac historia
 modo fidem meretur; qui
 rebus gestis, et speciatim
 proelio A. 1086. ipse
 interfuit; (a) qui illis
 ipsis temporibus Constan-
 tia vixit, cum Gebhardus
 Bertoldi 2. frater, Con-
 stantiensem Episcopum

(a) Berthold. Constant. ad A. 1086.

ageret, (b) rerum Suevi-
carum et Faringensium
in primis gnarus, in-
quibus tradendis, pro
seculi sui captu, accu-
rate versatus est;
Guelficis Bertoldi 2.
et Gebhardi Episcopi
partibus addictus, qui
nihil omisisse censen-
dus est, quod Bertoldi
2. gloria inservire
potuisset.

Otto Frising. autem a
Bertoldi 2. temporibus
paulo remotior, in ipsa
Bertoldi et Faringensium
historia non semel hallu-
cinatur, sed et suam

(b) Bertholdus a Gebhardo presbyterum
se ordinatum fuisse dicit ad ll. 1084.

in negotio, de quo agimus,
ignorantiam aperte
profitetur.

Postquam enim Ductatum
Suevia, quem Bertoldo
2. Rudolphus Anti
Casar conceperat,
ab Henrico IV. Imp.
in fridericum Staufen-
sem dixisset collatum,
mox subiungit, „ne
„multis morer, (fridericus)
„Bertolfum tandem pa-
„cem petere coegit, quod
„tamen quidam sub
„filio suo Friderico
„factum tradunt.

Ignoravit ergo Otto Frisin-
gensis novam illam Ber-
toldi 2. electionem,

quam a. 1092. contigisse
indubium est.

Ignoravit transactionem
qua post a. 1092. facta est.
dubiusque adeo haeret,
an res sub Friderico
primo Duce, an sub eius
filio Friderico Lupo
evenerit.

Similem in rebus Carin-
gensibus inscitiam Otto
noster alio loco offen-
dit (c) dum Bertoldos
Faringios, nunc Carin-
thia, nunc Suevia
Ducatum possessores,
nunc in Bectoratu
Burgundia ab ipsis

(c) l. c. cap. 9. de errore hoc
fufius supra in Bertoldo l.

antiquo Imperatoribus consti-
 tutos, falso titulum
 Ducalem sibi sumpsisse
 contendit, quos nullum
 heri unquam habuisse Du-
 ricatum, audacter
 perscribit. (d)

(d) Erravit quoque l. c. cap. 8.
 ubi Lemannum lacum fluvium
 appellat, imo et cum Lemago
 flumine aperte confundit,
 quod prope Furegum et Ju-
 ricensi lacu profluit.
 sic etiam ignoravit Otto
 sextum Episcopatum, quem
 A. 1156. fridericus I. Imp. pro
 Comitatu Burgundia Dec.
 soldo IV. conceperat. Ipsum
 Burgundia Regnum a Rudolpho
 III. Rege Imperatori Henrico Con-
 rade filio testamento relictum fuisse
 scribit et Rainaldum Burgundia
 Comitem, frid. I. Imp. poenitentem
 omne hoc regnum tenuisse falso asse-
 rit l. 2. de Gest. frid. I. cap. 29.

Evidens ergo est. Ottonem
Frising. Virum uti illustre
ita pro temporibus illis
egregie doctum, aut sim-
pliciter heic annos
misuisse, et epocham
quam ab a. 1092. de-
bisset repetere, a
Rudolphi Suevo morte
seu ab a. 1080. inchoasse,
aut, quod verisimilius
Bertoldum Rudolphi
Anti-Cæsaris filium,
cum Bertoldo Farin-
geniensi confudisse.
Rudolphum a. 1080.
filium habuisse Bertoldum

(a) Otto Frising, in errorem in-
ducit Avent. Annal. Lib. V.
Vignier. Chron. Burg. ad a.
1077. aliosq.

Paulus Bernriedensis (e)
 aliq; scriptores P aperte
 testantur. Hunc pater
 haud dubie in Alemannia
 Ducatu sibi successorem
 destinaverat, sed quum
 firmata nondum esset
 aetatis, datus ei forte
 a patre Tutor Bertol-
 dus 2. Faringius affinis,
 qui sororem epus Agne-
 sem matrimonio sibi
 junxerat; id quod in
 errorem potuit indu-
 cere Ottonem ut crederet,
 ipsum Ducatum Suevia
 a Socero obtinuisse Ber-
 toldum.

(e) Vita Gregorü VII. apud Mabillon
 Acta sanctor. Benedict. sec. VI. Part. 2.
 p. 452.

f) Berthodus Constant. d. A. 1090.

Bertoldus sane Rudolphi
Suevi filius, post patris
sui mortem, Suevia Ducatum
aduersus Fridericum Hohen-
stufensem sibi vindicare videtur,
quantum ex historia
illorum temporum nobis
licet colligere.

Bertoldus Constantiensis
Alemannia cum Ducem
appellat, quem titulum
non ex sola patris sui
dignatione retinuisse
videtur. Idem Chrono-
graphus annotat,
Bertoldum, Rudolphi
Regis filium, a fauto-
ribus Henrici IV. Imp.
bello petatum, atq; in
Castro suo oppugnatum.

a Suevis suarum partium
 obsidione fuisse liberatum.
 Verba ejus haec sunt: (F)
 „Nihilominus et Suevi
 „ultra Rhenum Burgun-
 „diam cum expeditione
 „proficiscuntur, et quod-
 „dam castellum Bertoldi
 „Ducis, filii Regis Rudolphi,
 „a fautoribus Henrici
 „obseptum, viriliter eri-
 „puit, puerunt.

Rheinfelden, quem Comi-
 tatum a patre heredita-
 rium acceperat, vel aliud
 ex Ducatu Alemannia
 in Helvetia castrum.
 heic intelligendum videtur.

(F.) ad a. 1084. Paterus in *des Cözani Historien*
 Nachricht von Herzogin Nonjastingen in den *Font-*
Urtischen gelehrten andigen Nou Jafe 1751. pag.
 325. male haec Bertoldo 2. Jaringensi tribuit.

Biennio post idem Ber-
toldus cum Welfo,
Bavaria Duce, in Bava-
riam cum exercitu pro-
fectus, Henricum Imp.
Castellum quoddam
Bavaria obsidentem
adegit, ut institueretur
colloquium in quo dia-
turna regni discordia
amicè tandem com-
poneretur. (9)

Haud vana itaq; est
conjectura; Bertoldum
post patris sui mortem
non tantum Suevia
Ducis titulum gessisse
sed et ipsum Ducatum

(9) Bertholdus Const. ad A.
1086.

Guelfica factionis pra-
 sidio, adversus Frederici
 Hohenstaufii conatus,
 armis utrunq; asseruisse.
 Obiit deniq; inter medias
 has turbas Bertoldus
 hic, filius Regis Ru-
 dolphi, A. 1090. uti
 Bertholdus Const. (h)
 nos docet.

Tum vero Suevi, qui ha-
 ctenus ab ejus partibus
 steterant, in Bertoldum
 nostrum facinorosi,
 Bertoldi Suevi affinem
 inclenarunt, qui etiam
 biennio post a principibus

(h) In Chron.

Suevia solenni electione
Dux Suevia fuit renun-
tiatus, promovente rem
in primis fratre Bertholdi 2.
Gebhardo Constantiensi
Episcopo, Sedis apostolica
per Germaniam legato,
qui ex testimonio Ber-
tholdi Const. omne hoc
negotium direxit.

Ab hoc tempore Ber-
tholdus 2. Suevia Duc-
catum plures per annos
obtinet, atq; contra
Henricum IV. Imp.
ejusq; generum fride-
ricum Stoufensem,
armis foederibusque
defendit.

Bertoldus Constantiensis
 ad A. 1099. hæc annotat:
 Gebhardus, Constanti-
 ensis Episcopus, et
 Apostolica sedis lega-
 tus Welfonem Ducem
 Bajoria per manus
 in militem accepit,
 sicut et proprium fra-
 trem Bertoldum Ducem
 Alemannia jam dudum
 fecit. Cum quibus et
 reliquis Alemannia
 Principibus magnum
 Conventum apud Ullman
 habuit, in quo Conventu
 firmissime laudatum
 est, ut Constantiensi
 Episcopo omnimode
 secundum Statuta

„ Canonum obediretur,
„ et ut Duci Bertoldo
„ et Comitibus secundum
„ Legem Alemannorum
„ obsecundaretur.

Chronographus Idem
Scriptor ad A. 1092. haec
habet:

„ Melpho Dux Bajuaria
„ firmissimam pacem
„ cum Alemannico Duce
„ Bertoldo et reliquis
„ Alemannia Principibus
„ initiavit, usque Bojova-
„ riam, imo usque ad Un-
„ gariam propagavit.
„ Francia quoque Teutonica
„ et Alsatia eandem
„ pacem suis partibus
„ se observanturas

juramento decreverunt.

Hac tamen Pax in Ale-

mannia maxime inva-

luit, eo quod Principes

ejus, quisque in sua

potestate justitiam

facere non cessaverit.

Et praecipue Dux Ber-

tholdus ad faciendam

justitiam in Ducatu

Alemannia adeo ex-

arsit, ut in observa-

tione justitia omnes

predecessores suos pene

vicerit, ut de hoc

omnium ora pro-

rumore compleverit.

Post multa denique

Bertoldi 2. cum amulo

suo bella res ita trans-

acta est, ut Bertolfus
Ducatum exfestucaret,
si tamen, quod Turicum,
nobilissimum Suevia
oppidum, a manu Impe-
ratoris ei tenendum
remaneret.

De tempore & anno dis-
sentiant scriptores.

Ipse Otto Frising. qui
hac refert, (a) num
sub Fridrico Hohen-
staufio patre, an sub
filio ejus ista facta
sint, ignorabat.

Id quidem certum vi-
detur, transactionem
hanc ante A. 1097. non

(a) de Gestis FridERICI I. Imp.
lib. I. cap. VIII.

potuisse locum habere,
 quoniam eo anno ex Ita-
 lia in Germaniam rediit
 Henricus IV. Imp. res
 Germania ordinaturus.
 Post reditum Moguntia
 fine anni Conventum
 de paranda Republica
 habuit. Ducatum Bava-
 ria restituit Guelfo,
 ita quidem, ut patri
 filius quoque succederet.
 Guelfus, cum quo Ma-
 thildis - Ducissa divor-
 tium fecit. Tum
 vero Bertoldus noster
 suam quoque cum Casare
 et genero epus, friderico
 Hohenstaufio, trans-
 actionem super Suevia

48
Ducatu inivit, compo-
siter prius Bavaria reba
postquam nempe Guelfus
Bertoldi amicus, cum
Caesare quoq; recon-
ciliatus fuisset.

His omnibus probe con-
sideratis Bertoldina
transactio in A. 1098.
reponenda videtur,
Errat ergo Chronicon
Augustanum, (e) quod
eam A. 1094. Multo
magis Hebedius, (f)

(e) Apud Freher. Script. Aer.
Germ. Tom. 1. Epocham
Leutus est Dillius in Histori-
Genealog. Ducum Faringia
apud Otter in Sammlung
verschiedener Nachrichten
p. 282.

(f) Chron. Helvet.

Arstius, (g) Guillimannus
 (h) Obrechtus, (i) qui ad
 A. 1001. eam referendam
 esse crediderunt.

Hottingerus (k) omnium
 optime ad A. 1097. rem
 retulit. Koelerus (l)
 annum praeteriit
 silentio.

Quicquid de tempore sit
 fridericus Lauferis
 Ducatum Suevia reti-
 nuit, Bertoldus 2.

(g) in Margine ad Otton. Frising.

(h) Ger. Helvet. l. III. Cap. 3. p. 350.

(i) Brodr. Ger. Alsat. cap. 10.
 p. 227.

(k) Specul. Figur. vet. antiquit.
 Turic. p. 31.

(l) Defatis Ducatus Alemannia
 et Suevia num. VIII. secunda editioni
 male adjectus est A. 1097.

Advocatiam, id est, Juris
dictionem Imperialem
Juricensem ^(m) servavit
qua non urbem modo,
sed et omnem Juricensem
pagum vel Comitatum
ac ditissimas duas urbis
Ecclesias, Collegiatam nempe
et Abbatialem respexit. ⁽ⁿ⁾

(m) Advocatia haec ab Imperio
non a Duce Sueviae pendeat, ut
Richardus Imp. in literis A. 1262
Hagenoa datis, testatur, Conradus
Sueviae Dux conatus refutat.
Guilliman. de Rebus Helvet. lib.
III. cap. 5. p. 351.

(n) Das große Münster sind das
Frauenmünster. Illud Carolus M.
dotavit, hoc Ludovicus Germanicus
instituit; illud Collegiata virorum
hoc abbatia foeminarum, cuius
telonei, cadenda moneta, scultetus
et assessores constituendi jus
competit. Hottinger
Helvetische Kirchenhistorie.
Leu in Notiz ad Simler Regiment
der Eidgenossenschaft. p. 86.

Bertoldum 2. non armis,
 coactum, sed pacis studio
 inductum, transactionem
 hanc inivisse, Frisingensis
 ipse, ex Staufeni domo
 natus, fatetur; qui par-
 tibus Ghibellinis addictus,
 Faringis non foverat.

„ Bertolfus, inquit, quam-
 „ vis in hoc negotio
 „ Imperio simul et ju-
 „ stitia ceperit, tamen
 „ strenuissimus ac for-
 „ tissimus fuisse tra-
 „ ditur.

Sunt qui existimant^(a)

(a) Herrgott. Genealog. Habsb.
 Tom. 2. n. 188. Herrgottum
 scoutus est Hillius in Historia
 Ducum Faringia apud Oetter
 in libro, cui tit. Sammlung verschie-
 dener Nachrichten pag. 384.

Bertoldum 2. in gravis-
simis illis turbis, qua sub
Henrici IV. Imperio Ger-
maniam infestavit,
quum Guelfica factione
adversus Henricum
Imp. ejusq. generum
fridericum Hohenstau-
fium adhereret, avites-
terris ipsoque Faringia
Comitatu ab Impera-
tore fuisse spoliatum
quem ille in Basileen-
sem Episcopum Bur-
chardum A. 1081.
contulerit.

Verum est, quod A. 1080.
adeoq. illis ipsis tempo-
ribus Henricus IV. Impera-
tor Burcardo, Basiliensi

Episcopo, qui et ipse
 Casareas partes secutus
 fuerat, Comitatum
Harichingen in Buchs-
 govria situm, concessit,
 quem eundem cum Fa-
 ringia Comitatu credi-
 dit Herrgottus.

Exemplum Chartae,
 male descriptum, in
 quo pro Buchsgovue
 legebatur Briksgovue,
 peperit errorem, ut
 Faringiam in voce
Harichingen quereret,
 et inter Bertoldi II.
 bona Comitatum illum
 referret. Buchsgovia,
 vicinus Soloduro pagus,
 Bucheckios dein aluit

Dynastas, qui Burgun-
dia et Buchsgovia Land
gravu dicti sunt, Episco-
patus Basiliensis Va-
talli. (c) Herchingen
vicus hodieque in illis
partibus superest.

Faringia Domus, ante
quam Burgundia Reitor
constitueretur Conradus
nullas in Burgundia
terras possedit.

A. 1084. Bertoldus,
assumpto Guelphone
Bavaro & Burcardo
Nellenburgensi, cum
magnis copiis Constantiam

(c) Murstisen Tafel. Chron. pag.
48. sq. Hafner Solothurn.
Schauplatz P. 2. p. 319. Leu
Lex. Helvet. voce Buchsgau
et Bucheck.

profectus, Otkonem inde
 cepulit, Hermannique Re-
 gis gratia et favore Geb-
 hardum fratrem, qui
 Hirsaugia Monachum
 agebat, episcopum in-
 stituit, ubique introdu-
 xit x1. Kal. Jan. a. 1085. (d)

A. 1087. Bertolfus Dux
 cum Herimanno Comite
 in Charta permutatio-
 nis inter Episcopum
 Bapileensem et Udal-
 ricum Monachum
 Cluniacensem facta
 testis legitur.

Idem Bertoldus noster
 Abbatiam S. Petri in

(d) Hartmanni Annal.
 Einsidl. p. 159.

silva nigra instituit.
Monasterium hoc a. 1090.^(a)
castruere coepit, a. 1093,
perfecit. Honorius 2.
in Bulla sua, circa a. 1126.
data, ait: „Egregia
nobilitatis Vir, Berth-
oldus Dux, in Comitatu
Brisaquensi, in Constan-
tienti Episcopatu, in
silva, quem dicunt Ni-
gram, ad honorem B. Petri
Apostolorum principis,
Monasterium edificavit,
ipsumque allodium Ro-
mana Ecclesia juri man-
cipavit. (b)

(a) Crupius in Annal. Suesv. Parte 2. lib. VIII. c. 10.
fundationem hujus abbatis ad a. 1090. ponit, quod
forte de fundamentis jactis intelligendum.
Bertholdus Constant. de edificio finito et tem-
pore Consecrationis loqui videtur, cum
a. 1093. ponit.

(b) Charta Honoriana extat apud
Johannet Vindem. p. 162.

Bertholdus Constant. ad
 A. 1099. hæc habet: In
 Alemannia Dux Bertholdus
 Monasterium novum in
 honorem S. Petri in pra-
 dio suo in Nigra hylva
 a fundamentis exstruxit,
 multisq; bonis ditavit.
 Sed et omnia bona alterius
 Monasterii, quod eodem
 Ducis pater in alio loco
 edificavit, iste ad istud
 transtulit. Hoc ergo
 Monasterium frater
 ipsius Ducis, Gebhardus,
 Constantiensis Episcopus,
 et Apostolica Sedis legatus,
 sua consecratione ini-
 tiavit.

Brevius hæc refert auctor

Fragmenti Histor. his verbis.
Anno Dom. M. c. m. Berthol.
Dux Dux Alemannia, qui
et de Feringen, coenobium
Monachorum in honore
S. Petri in Nigra sylva
construxit, quod postea
frater ejus Gebhardus
Constant. Episc. consecravit
Bertoldus I. ergo jam con-
siderat Monasterium
in Suevia, S. Petro sacrum
infra Castrum, quod Tecca
Duces olim inhabitave-
rant, uti alibi docui (3)
At locus exercenda reli-
gioni, cum non satis ido-
neus videretur, Ber-

(3) ap. Urstis. Scriptor. Her. Germ.
p. 2. pag. 82.

(4) vid. Supra in Bertoldo I.

Soldus 2. filius in medio
 Nigra sylva aliud extraxit,
 atq; reditus prioris eidem
 conjunxit; prius Mona-
 sterium in Prioratum
 convertens, quic hodieq;
 a San Petrina Abbacia
 pendet.

Bertoldus 2. in itinere
 Romano, quo Henricum V.
 Imp. comitatus erat, ^(a) rediit,
 A. m. 1112. April. vitam
 commutavit cum morte ^(b)
 ad S. Petrum nigra silva
 sepultus. ^(c) Sunt qui mortem

(a) Petrus Diaconus in Chron. Casin. lib.
 IV. cap. 25.

(b) Chronic. Constant. apud Bistor. T. 3. p. 742.

(c) Charta Bertoldi III. de A. 1112. ap.
 Chaumat Vindem. veter. Collect. I. p. 165.
 Fallitur Crasius Annal. Sæv. Parte 2.
 L. VII. cap. 3. et Stumpfius Chron. Helvet.
 lib. III. c. 29. ubi Bertoldum II. hanc Con-
 stantia sepultum ajunt.

ejus in a. 1090. rejiciunt.
Sed manifeste falluntur.
Interfuit enim in Augura-
tionis Abbatia S. Petri
a. 1090. peracta, uti modo
ostensum. Scriptores hi
Bertoldum, Rudolphi, Ant.
Caesaris, filium, qui a. 1090.
decessit cum Bertoldo no-
stro confundunt.

Rudolphum habuisse filium
Bertoldum, Suevia Ducis
titulo insignem superius
ostendi.

(d) Crusius Annal. Svec. Part. 2. lib. VII.
cap. 3. Hahn Reichshistorie).

Pfaffinger ad Vitrican. T. 2. p. 334. Jo.
Christoph Besterus in Lexic. Ducum
Carinthiae S. 9. et in Historischen Nachrichten
der Herzogen von Fehringen in denen
Hanoverschen gelehrten Anzeigen
vom Jahr 1751. p. 325. Froelich in
Archontologia Ducum Carinthiae.
Quaefide Hennigepius obitum Bertoldi
in a. 1098. ponat, non equidem intelligo
vid. Part. 1. Secundi & tertij Regni in quarta
Monarchia p. 284. Theatri ejus Genealog.

Hic est Bertoldus ille cujus
mortem, ut et sororis ejus

Regina Hungaria, ad A. 1090.
referunt scriptores. (f)

(f) Bertoldus Constant. A. 1090.

ait: « Heremannus pia memoria
Metensis Episcopus, et Bertoldus
Dux Alemannia, filius Rudolphi
Regis, in fidelitate S. Petri, mayo
mense diem extremam clau-
sere. . . . Soror quoque prefati
Ducis, Regina Ungarorum, eodem
mense obiit.

Ille siquidem per filium intelligi debere
generum, annotavit in margine;

locum hunc ad Bertoldum 2. Jari-
gensem applicans; sed falsam esse
hanc conjecturam vel solus auctor
Apologia pro Henrico IV. p. 219.

nos docet, de Bertoldi hujus
morte sic scribens: « Bertolf
filius Rudolphi Regis quondam
Saxonum in ipso juvenutatis
sua flore defunctus est.

W. Chronographus Saxo, Annales
Hildesh. Chron. August. qui omnes
obitum hujus Bertoldi, filii Ru-
dolphii Anti. Caesaris ad A. 1090.
ponunt.

Characterem Bertoldi
Otto Frising. Vita describit
Bertolfus. Strenuissimus
ac fortissimus fuisse tra-
ditur. Unde et adhuc ab
antiquioribus de ipso di-
citur, quod si quando
nuncius aliqua tristitia
ipso apportans, secundum
quod fieri assolet, hapi-
tare voluisset, dixerit,
dic, dic! scio enim
quod semper lata tristitia
vel tristitia procedunt
lata . . . Magnifica
vox et viro forti digna.
Elogium hoc scriptoris
Gibellinae partis, de Ber-
toldo, Guelficis partibus

(a) Gest. Friderici I. Imp. Lib. I. Cap. VI

semper addicto, non potest
esse suspectum.

Uxor ejus, ut superius
jam dixi (C) fuit Agnes,
filia Rudolphi Inevi, Anti-
Casaris, ex qua numerosam
recepit sobolem, ut Chro-
nicon Constantiense
apud Bistorium tradit.
De duobus filiis, Bertoldo
III. et Conrado, succes-
soribus ejus, sigillatim
agemus.

(C) Addi possunt testimonia Scriptorum.
Otto Frising. l. c. cap. vii. scribit.
Rudolphi filiam quendam ex nobi-
lissimis Regni optimatibus Bertolfus
nomine de castro Zerlingen habuit,
Genealogus Murensis haec tradit:
"Cuono Comes de Hirsfelden
genuit Rudolphum Regem, et ille
genuit Agnetem, Matrem Conradi
Ducis." Honorius 2 in bulla
privilegiorum Abbatia S. Petri in
hyla nigra d. 1126. Ducem Berchtoldum
"curiosa uxore Agnete et filiis commo-
morat ap. Schannat. Vir. dem. p. 162.

Rudolphum, Bertold II.
filium, qui in tenera aetate
obit, Monasterium San-
Petri Necrologium
memorat. (c)

Habuit materea Ber-
toldus 2. filiam Agnetem,
quam Gollutius (d) errans
constituit filiam Conradi.
At sororem eam Conradi
fuisse, testatur Guntherus.
Hanc Comes antiqua
veniens ab origine Regum

(c) Rudolphus hic cum patre suo Bertoldo
Monasterium S. Petri a. 1109. inuisit.
Idem cum matre sua Agnete et Conrado
fratre, Bertoldi patris exequiis, in mona-
sterio hoc celebratis, interfuit. In actis
hujus Monasterij haec leguntur: Cuius
(Bertoldi) corpore nondum terra commen-
dato, uxor eius Domina Agnes cum duobus
liberis, filij Dno Rudolphi & Conrado tale
pradium, quale uisa est habere in villa
quae dicitur Scalstatt etc.

(d) Memoires de la Republique
Séquanoise. Lib. V. Cap. . . .

Guillelmus quidam, puerum
 quem fama vocabat
 Popedus, quem conspicuus
 produxerat ortu Eron-
 radi Germana Ducis.

Scilicet maritus Agneti
 datur ³ Stephanus,
 Burgundiae Comes, cui
 agnomen Tethardü cum
 quo illa genuit Guillelmum
 3. qui Buer vocatur, quique
 a. 1126. occisus est.

Alii uxorem eam huius
 Pueri patrem, sed non
 apposite adscribunt.
 Alii Stephano et Agneti
 filium dant Rainaldum
 3. qui Burgundici Comi-
 tatus libertatem contra
 Imperatores & Faringia

Duces tam strenue defendit
(f.) libertatem non tantum
ab superioritate Imperii
sed et a vinculo feudali.
Luitgardis Faringica
uxor fuisse scribitur Gode-
fridi Comitis Calvensis
et mater Utha, qua
uxor fuit Melfonis,
fratris Henrici superbi,
et fundatrix Mona-
sterii Omn. Sanctor. in
Nigra silva tempore
Henrici VI. Imp. qui
fundationem Diplomate
firmavit.

Luitgardis ergo circa
A. 1130. vixit quam filia

(f.) Goltusius hinc dicitur Franc Comte
lib. VI. Cap. 6 ut et Rainardus
2. vocat. Cap. 1.

ejus Ultha circa A. 1150.
 nupta jam fuerat Welfo,
 potuitq; esse filia Ber-
 toldi 2.

Hac de Bertoldo 2.
 Bertoldidum Conti-
 nuatore;
 Gebhardus, quem Episco-
 pum Constantiensem
 jam saepe produximus,
 Bertoldi Ducis filius
 a Bertoldo Constant.
 Hermannii Contracti
 Continuatore, appella-
 tur. (a) Bertoldum 1.
 Carinthia Duce[m]
 hic intelligi, adeoque
 Gebhardum fratrem
 fuisse Bertoldi II. et

(a) ad A. 1087.

Hermannii Marchionis
idem auctor testatur, (b)
fratrem eum vocans
Bertoldi illius, qui a.
1092. a Suevis, Henrico
IV. Imp. contrarius,
creatus est Dux.

In charta quoque Ber-
toldi IV. de a. 1152. (c)
Gebhardus Episcopus
avi ejus, i.e. Bertoldi II.
frater memoratur.
Gebhardus hic doctrina
et moribus celebris
a. 1083. Monachus
Hirsaugiensis (a) sub
celebri illo Abbate

(b) ad a. 1092.

(c) apud Schannat. Vindem.
liber. pag. 163.

(a) Chron. Hirsaug. ad a. 1083.
edit. Francof. P. 2. p. 78.

Guilielmo, atq; anno se-
 quenti ex Monacho in
 Episcopum Constantiensem
 electus et a fratre suo,
 nec non Guelphone Barro
 cum magnis copiis in
 urbem hanc introductus
 est, fine anni 1084. (b)

Conradus San Blasianus
 Monachus, Chronici Burg-
 lensis auctor, Gilbertum
 eum vocat (c)

Hic in magno illo schismate
 Imperii et sacerdotij Pontifi-
 cum Rom. partes contra

(b) Bertold. Const. ad a. 1084. Chron.
 Constant. apud Historium p. 742. ponit
 a. 1085. Hermannus Contr. ad a. 1084.
 disertis verbis cum Bertoldi Ducis fi-
 lium nuncupat.

(c) Editum hoc Chronicon a Rev. Patre
 Rusteno Heer, et punctum Anonymi
 ejus denudato, vid. pag. 368.

Henricum IV. Imp. secutus
est. Unde a. 1089. ab Othone
Episcopo ostiensi, sedis
Apostolica per Germaniam
Legato (*) consecratus
fuit Presbyter cum
aliis Clericis; quos
inter quoque fuerat.
Chronographus ille
Bertholdus Constan-
tensis, Hermannii Con-
tracti Continuator.
Basileensis vero Argen-
tinenfis atque ad Rhenum
Episcopi Casarum parte
sumpserant secuti.
Gebhardus Quelficus
semper partes secutus est.
Decretalis Urbani 2. Epi-
stola, in Concilio Romano
(*) Qui dein Urbanus II.

a. 1089. legationem hanc
 concernens, in Actis
 Conciliorum (aa) hoc
 docet. Unde a Baronio
 vir apostolicus nomi-
 natur a. 1100. quo Apo-
 stolicam Legationem
 Paschalis II. confir-
 mavit Gebhardo.

Hic a. 1092. electionem
 fratris sui, Bertoldi 2.
 in Ducem Suevia promo-
 vit; qua à Principibus
 Alemannia, ut Bertoldus
 Constantiensis (b) scribit
 in scio et invito Impe-
 ratore est facta.

(aa.) Tom. x. Labb. pag. 444.

(b.) Append. ad Herm. Cont. a. 1092.

Fragmentum Ulfstianum ad annum hunc
 scribit: Principes Alemannia ad defe-
 sionem Ecclesia unanimiter conveniunt,
 sibiq; ad hoc negotium exequendum fratrem
 Gebhardi Constantiensis Episcopi, Bertol-
 dum, de Zeringen, Ducem totius Suevia
 constituerunt.

A. 1093. VI. Kal. apr. Pop
ponem Metensem Episcopum
Kalendis Augusti vero
Monasterium San
Petrinum silva nigra
consecravit.

Eodem anno, Gebhardi
consilio habitus apud
Ulmam Conventus,
quo Welfus et Ber
toldus, Duces, aliqz
earum partium
principes Compactum
in duos annos contra
Henricum IV. Imp.
iniverunt.

A. 1094. Magnum Con
stantia Synodum cele
bravit, pro reformat
da disciplina Ecclesia

cujus Acta Bertoldus (c)
 descripsit. Decessit
 Gebhardus a. 1110. (d)
 postquam per 26. annos
 Ecclesiam Constant. varia
 inter fata reuisset; bis
 Gebhardus per Casareanos ejectus (dd)

(c) A. 1094. Acta Concilior. Latini
 Tom. X. pag. 497.

(d) In anno mortis Gebhardi et
 in Annis regiminis ejus variant
 scriptores. Marlius in Chron. Episcop.
 Constant. apud Pistor. Annales He-
 remi et Mabillon. Annal. Benedict.
 T. V. p. 464. in a. 1110. conveniunt.
 Chron. Elioang. a. 1109. Oruschius
 a. 1116. ponunt. Sturic asperserat
 Mabillon sec. VI. Benedict. P. 2. pag.
 801. sed verius in Annalibus rem
 prodidit.

(dd) Temporis hoc intervallo Geb-
 hardus maximam partem in Bris-
 gavia apud Bertoldum Ducem Sa-
 ringia vixit. vid. Gallia Christi.
 Tom. V. col. 909.

quin etiam a. 1107. a Pascale
2. in Concilio Trecenti suspen-
sus, quia illis consenserat
qui Mindensi Ecclesia
Godescalcum intruserant,
et Archiepiscopum Magde-
burgensem ordinaverat
Henricum. (e)

(e) Concilior Tom. 2. col. 755.
ubi corrupte Guichardus appella-
tur. Pascales 2. Papa Epistolas
quasdam ad Gebhardum vide in
Thesaur. Anecdotorum Mar-
tenii Tom. 1. col. 336.

Bertoldum III. Bertoldi
 II. Ducis filium fuisse
 Instrumenta plura nos
 docent.

In Charta Abbacia D.
 Petri in Nigra Silva
 qua Bertoldus et frater
 ejus Conradus fundatio-
 nem hujus Monasterii
 a Bertoldo II. factam,
 a. 1112. confirmaverunt,
 Dux III. Bertoldus et fra-
 ter ejus Dominus Conra-
 dus, filii Bona Memoria
 Bertholdi II. Ducis me-
 morantur. (a.)

In alia ejusdem Mona-
 sterii Charta a. 1123.

(a) apud Schannat Vindem. literar.
 p. 160.

Legitur: praelata no-
bilitatis vir Berchtol-
duus cum uxore sua
felicis memoria Agnetis
nec non suis tempo-
ribus Dominus Berch-
toldus et frater ejus
Dominus Conradus
hujus sobolis Geminus
Partus. (b)

Bertoldus III. Basileensi
Procerum Convencui
a. 1114. sub Henrico V.
interfuit, triagz di-
plomata testis signa-
vit. Dux Bertholdus
Paulo post Brisgovia

(b) apud Schannat Windem. literar.
pag. 161.

(a) Henrici genealog. Tab. 1. Tom. 2. n. 192. ff.
Acta Mur. pag. 24.

Civitatem Friburgensem
 in Allodio suo ^(b) a defici-
 care coeperat, quod alii
 ad A. 1112. ^(c) alii 1128.
 alii 1120. referunt. ^(cc)
 Annis sua ratio constat,
 si urbis condenda initium
 ab urbe condita distin-
 guas. Henricus V. extru-
 ctionem approbavit

^(b) Uff sine eigen. Koenigs-hov.
 Chron. Argent. p. 429.

^(c) Altius ascendit Mascovicus
 in somment. Henrici IV. Imp. p. 110.
 ubi extruccionem Friburgi Bris-
 gavia Bertholdo 2. attribuit.

^(cc) Apud Stumpf. Chron. Helvet.
 lib. VII. cap. 29. hi versus leguntur:
 Anno Milleno centeno bis quozq; deno
 Friburg fundatur Bertholdus Dux
 dominatur. add.

Hobud. Part. 1. lib. 2. pag. 50.

teste Chronico Triburg. ^(a)
quod urbis condita annos
ab 1108. inchoat. —
Bertoldus hic Molshemii
in Alsacia, quum Hugoni,
Dagsburgico Comiti,
adversus subditos re-
belles auxilium ferret,
A. 1122. occisus ^(c) et in
Monasterio S. Petri
juxta patrem sepultus
est. furo, Argentinensis

[d] edit. a Schiltro in append. ad
Koenigsb. pag. 11. ubi leges etiam
et statuta continentur, quae
nova urbi auctoritate Caesaris
et procerum imperii confirmatae
fuerunt.

[e] Chron. Constant. l. c. Koenigs-
hovius p. 429. annum 1122.
ponit.

Episcopus, eadem Bertoldi
 Ducis promovit, Henrica
 V. partibus contra Papam
 adherens; unde anno
 sequenti Episcopatu
 defectus est. (†)

Seldensis Partheno
 in silva nigra a Ge-
 raldo nobili Principe
 A. 1115. ex loco fundationis
 translatus est in allo-
 dium ejus Selden sub
 instituto Cluniacensi,

Donatio facta est praesente
 Bertolfo Duce, Advocato
 loci, Bertolfo Comite (†)

(†) Bodechinus Abbas ad hunc
 annum Fragmentum Histor. apud
 Meffis. Chronographus Saxo apud
 Eccardium.

(q.) Charta exat apud Mabillon
 Annal. Ord. Benedict. t. V. p. 694.
 Monasterium hoc prius erat in
 Boliswilene quod vix leuca spatio di-
 stabat a Selden, ad quem locum trans-
 latio facta est. Clemens VIII. A. 1598.
 Seldense Monasterium abbatia S.
 Petri in Nigra Silva conjunxit. Phil.
 Jac. Abbas S. Petri in Vita S. Ulrici,
 germ. edita A. 1756. pag. 76.

Bertoldi III. conjux
fuit Sophia Guelfica
Henrici nigri, Bavariae
Ducis, ex Wulphilde
Billingensi (g) filia,
ex qua sobolem ma-
sculam non suscepit (h)
Sophia hac, mortuo

(g) Conrad Ursperg. Chron. sub
Lothario 2. Imp. p. 211.
Monachus Meinhard. de Guelfis
Cap. 2. apud Leibnit. T. 1. p. 786.
ubi nomen Zaringen in Haringen
corruptum. Ladislaus Suidhemius
de Guelfis apud eundem Leibnit.
pag. 804 sq.

(h) Suidhemius loco alleg. id aperit.
Hennigsius in genealog. Bart. 1.
Secunda et tertio regni, Monar-
chia IV. p. 285. et Parte 2. ibid.
pag. 138. ei dat filiam Sophiam,
qua desponsata fuerit Bertoldo 1.
Carinthiae et Styriae Ducis, sed
gratis hac dicuntur.
Dillius in Hist. genealog. Ducum

marito nupsit Luitpoldo,
Marchioni de Stiria.

Zaringia apud Oetler in Sammlung
verschiedener Nachrichten Bertoldo
III. filiam tribuit Luitgardam,
quæ Palatino Godofredo Cal-
bergi nupsit.

Conradus Bertoldi III.
 successor et frater, non
 semel in Chartis filius
Ducis Bertholdi vocatur (a.)

In Charta Bertoldi 3.
 et Conradi, fratrum, quam
 a. 1112. Coenobio S. Petri,
 instituto a patre eorum
 Bertoldo 2. dederunt,
 hac legimus:

„ Dux tertius Berthol-
 „ dus et frater ejus
 „ Dominus Conradus,
 „ filii bone memoria
 „ Bertoldi 2. Ducis, hujus
 „ Ecclesia fundatoris ni-
 „ gra silva.

(a) Tres Charta, apud Argentinenses occa-
 sione San Blasiani Monasterij ab Imperato-
 ribus data, id testantur. Una Henrici 4.
 a. 1125. et dua Colharij 3. Omnes apud
 Herzg. suis sub annis occurrunt.

In alia ejusdem Bertoldi
a. d. 1123. scribitur:

, Berchtoldus et frater
ejus, Dominus suontadu
hujus sobolis geminus
partus. (b.)

Ita et in Charta Hen-
rici V. Imp. Monasterium
S. Blasij a. 1125. data
Conradus, filius Ducis
Bertolfi vocatur (c.)
a. 1125. Advocatia Mo-
nasterii San. Blasiani
tradida fuit Conrado.

(b.) Ultraz, Charta extat
apud Schannat hincdem.
literar. Collect. I. pag. 160
et seq.

(c.) Herrg. Tom. II. n. 199.

m. Ber. Advocatiam hanc tempo-
 titur. ribus illis tenebant Basi-
 et fu leenses Episcopi, qui vices
 suar suas certis demandave-
 gemin rant Praefectis, quos
 ipsi constituere solebant.
 harti. Hi cum variis monaste-
 Monasterium oneribus vexarent,
 1125. data Bressensis denique Abbas,
 lius de rei indignitate commo-
 atur tus, Henricum V. Imp.
 Mo adit, injurias sibi et
 apian ecclesia suae, ab Adel-
 rado gotto, Advocato, illatas,
 graviter conquestus.
 catat Caesar Argentina A.
 eadem. 1125. d. 6. Id. Jan. in solenni
 .1. pag. 11 Procerum Conventu,
 .p. 149. dijudicata lite, Abbati
 Sanblasiano et Monachis

liberam novi Advocati
eligendi copiam fecit,
quem ab officio remo-
vere ipsis liceret, quo-
ties ille potestate, sibi
commissa abuteretur.
Ita rejecto Adelgofo
Advocato, patrocinium
Sanblasiana Ecclesia
Episcopo Basileensi er-
ptum, atq; Conradus
noster Faringia Dux
Advocatus assumtus est.
cui Caesar bannum pro
dicta Ecclesia jure
Imperiali tradidit. (a)

(a.) Conf. Charta Henrici V. Imp.
apud Herrg. Tom II. n. 199. Charta
hujus Conradi, ejusdem Ecclesie
Advocatus subscript. add.
Münsteren Basler Chronik lib.
2. pag. III.

Interjecta dein tempore,
 his hac vehementer fuit
 commota, cum Ortliebua
 Basil. Episcopus Adocca-
 tia jura, sub Henrico V.
 imp. amissa, vi et armis
 denuo sibi vindicare stu-
 deret. Res deniq; Ar-
 gentina a. 1141. d. 10. apr.
 interventu Conradi III.
 imp. cum Bertoldo Ab-
 bate S. Blasii et Con-
 rado Faringia Duce,
 monasterii Advocato,
 qui presentes cum epi-
 scopo aderant, ita
 transacta est, ut Epi-
 scopus, acceptis a Mini-
 sterio quatuor curiis,

Sierentz, Lauffen, Oltingen
et felnaeker, advocatia
penitus renuntiaverit. (b)

Primus hic ex Faringica
Gente usus est titulo Fa-
ringia Ducis, quo frater
ejus, pater et avus Ca-
ruere, simplici Ducis
titulo contenti. Here-
ditaria tum demum
nomina invalescere
coeperunt. Primum
hujus formula exemplum
A. 1129. qui primus regi-
minis Contadi annus
est, in Charta, Argen-
tina data, occurrit.
Illo enim tempore
Henricus V. Imp. in

(b. Murstisen loc. alleg.

urbe hac Conventum quum
 habuisset, Alpirspacensi
 apud Wretenbergios Mo-
 nasterio concessit Diploma,
 quod Conradus Dux de
faringen sua manu si-
 gnavit. (a) Tres itaque
Bertoldi decessores Con-
radi, anticipando farin-
gia Duces a junioribus
 vocantur.

Idem Conradus ab eodem
 Imperatore A. 1118. Argenta-
 tati quoque Advocatiam
 Abbatia S. Blasii in nigra
 silva obtinuit. (b)

(a) Bertoldi Monum. Wirtemberg.
 p. 1. pag. 250.

(b) Herrg. l. c. num. 199. ubi Con-
radus filius Ducis Bertoldi dicitur.
 In literis Caesaris Engelbergenfi mo-
 nasterio ibidem datis, Conradus Dux vo-
 catur. Tschüdi. Hist. Helvet. p. 1. lib. 2. p. 60.

Idem A. 1126. Argentina
ejusdem Lotharii Imp. di-
plomata, die 2. Jan. scripta
alios inter Brocceros sub-
scripsit: Chuonradus,
filius Ducis Bertholdi,
et cum eo Hermannus
Marchio. (c.)

Annus 1126. memorabilis
est morte Guilielmi 3.
cognomento Bueri,
qui Burgundia Cis- et
Transjurana Comes,
apud Caturniacum,
Trans-Jurana oppi-
dum, occisus est, in
monasterio ibidem
sepultus, nec prolem

(c.) Herrg. l. c. num. 205. et 206.

nec fratrem relinquit. (c)

Guilielmus hic, prater
Burgundiae Comitatum,

etiam Aventicensem
tractum, Uchtlandiam

et alias in Helvetia

Burgundica terras pos-

sederat; adeoq; Cis et

Trans Juram in Burgun-

dia Majore et Minore, ex-

cepto Ducatu, dominatus

est. Comitatum Rainal-

dus 3. patruelis ejus, Matis-

conensis et Cabillonis Co-

mes ut proximus heres

occupavit. Subjun-

gimus ex Chesnio (c)

(d.) Albericus, Triumfontium Abbas
in Chron. ad A. 1027.

(e.) Du Chesne Hist. des Comtes de
Bourgogne lib. IV. cap. 16. seqq.
Similia forte habet Hist. de Dauphiné
Tom. 1. pag. 820.

genealogicum Stemmas quod
rebus his lucem affundit.

Otto Guilielmus † 1027.

Rainaldus I. †. 1057.

Guilielmus 2. audax, Comes
Burgundia, Vienna, Matisconis
†. 1087.

Rainaldus II.
obit in itinere
Hierosolym. 1097.
ux. ignota.

Stephanus Audax
absente ac mortuo fratre
terras Burgund. regit
† 1102. ux. Agnes soror
Conradi Ducis foring.

Guido Archi-
episc. Viennens.
1088. postea Papa
Calixtus 2.

Rainaldus III. Co-
mes Burgund. 1126.
a Lothario 2. Imp.
proscriptus †
1144.

Guilielmus
Vienn. et
Matisconen-
sis Comes

Guilielmus III. Puer reli-
ctum a patre Comitatum
Burgundia retinet,
exclusis patruclibus,
a. 1126. occisus est Pa-
terniaci sepultus,
improlis.

Beatrix, fride-
rico 1. Imp.
nupta a.
1156.

Gerhardus.

Rainaldus Comes terra-
rum, a Guilielmo Pueri
relictarum legitimus

heres videbatur, patruelis
 quod esset. Quum autem
 jure supremo terras suas
 regere, atq; adeo Coltharü 2.
 Imp. aucto ritatem, nullo
 modo agnoscere voluisset,
 indignationem Cesaris
 occurrit. Enimvero Bur-
 gundia Comitum Casarum
 Salicorum majestatem
 obedienter venerati sunt,
 quod horum Casarum sator
 Conradus 2. Imp. Giselam,
 Rudolphi III. ultimi Bur-
 gundia Regis ex sorore neptem,
 duxerat uxorem. At
 Salicorum, ex ea descen-
 dentium, postremus Hen-
 ricus V. Imp. cum decessisset,
 atq; in locum ejus

Lotharius Saxo fuisse de-
ctus, Salicis nullo sanguine
vinculo junctus, obsequium
ei denegavit Rainaldus
quod Burgundia cum
Imperio nexum, catineti,
Caesaribus Salicis, quoque
credere extinctum.

At Lotharius Burgun-
diam cis et trans Juran
Imperii patrimonium
declarans, Rainaldum
a. 1127. ad Comitia Spiren-
sia, quibus plerique Bur-
gundia Optimates intererant
vocavit, ut ibi Procerum
Germania subiret judicium.
Rainaldus omnimodam
libertatem pertinaciter
affectans, ab Imperatore

proscriptus est, eaq; Burgundia

(f.) Otto Frisingensis Friderici I. Imp. patruus, qui biennio post nuptias Beatrix cum Friderico I. obiit. Imperatricis patrem excusaturus, causam... ira Lotharii Imp. in Rainaldum allegat L. II. cap. 29. quod neglexit Curia Regis adire. Sed verior est, quam tradit Guntherus in liquorino L. V. v. 288. afe- tatio suprematus, quem in Burgundia Comitatu spectavit Rainaldus.

Ita enim:

• Jure suo nimium et clare sanguine fretus.
• Teutonicos Reges edictaq; saepe vocatus
• Sprevit et Allobroges aliusq; Regibus esse
• Indignum reputans, nimium memor ille vetusta
• Libertatis erat, Regemq; superbus agebat.
• Donec ab innumero fastus sententia tandem
• Ultrices in eum desumpsit Regia vires
• Creptaq; viro, Regni sub iudice, terram
• Nomine Chonrado fisci concessit habendam.

Fisco itaq; additus fuit a Casare Comi- tatus Burgundia, sed cum primo ejusdem Lotharii Imp. anno in Ratisbonensibus Comitibus teste Dodethins in adp. ad Marianum Scotū ad a. 1125. decretum fuerit, pradia praescriptorum a Rege si juste fori factoribus ab- judicata fuerint Regiminis subja- cere ditioni, non Regis proprietati, Lotharius Comitatum Burgundia non sibi vel sua Domui servavit, sed proximo cognato addixit, quod proximus agnatus eo se indignum reddiderat.

pars, quam Guilielmus
Puer possidebat, Conrado
adjudicata Faringio, non
tantum avunculus quod
defuncti fuisset, sed et
animum gratam Imperatori
ut demonstraret Conrado,
qui partes ejus contra am-
los Hohenstaufios, Ale-
mannia et Francia
Teutonica Duces, strenu-
issime defenderat.
Maluit Caesar, ut avun-
culus suum ex sorore ne-
potem, quam alius in-
ordinem redigeret.
Quin etiam Caesaris
intererat, Burgundici
vel Arelatensis Regni
administrationem

Principi sibi devoto com-
mittere. Reliqua enim
Burgundia, Transjurana
vel minor qua dicitur,
ut et omni Arelatensi
Regno, stricte sic dicto,
Conradus quoque datus
est Rector. (g) Burgun-
dia Regni limes conti-
guus fuit Ducatui Sue-
vico, cujus Dux tum-
fuerat Fridericus Hohen-
staufius, Caesaris amulus,
Non mirum ergo, Principi
sibi fido Lotharium com-
misisse Burgundiam.
Illa superioris Alsatia

(g) Bodechini adpend. ad Marian.
• Scutum A. 1127. scribit, Conradus de
• Zeringa coram plerisque Burgundionam
• optimatibus, principatu Burgundiae
• apud Spira civitatem sublimatus.

pars, quae Sundgovia dicitur
pars quoque tum Regni
Burgundici fuerat.

Chirretensem Comitatum
praesertim intelligo, qui
agro Basileensi fuit recte
confinis. Ipsa Basilea
pars Regni Burgundici
fuerat, ut Wippo^(h) nos
docet.

Institutio haec Bectora
tus Burgundica in Co
mitibus Spirensibus

(h) Apud Hist. Tom. III. Script.
Ger. Germ. p. 170. Erat tamen
Wippo, ubi dicit, Basileam
in confinio triviali Burgundiae,
Alemanniae et Francia Orientali
tum sitam fuisse. De prioribus
dicibus nullum est dubium, sed
a Francia longe fuit remota
Basilea.

a Lothario Imp. facta
 est A. 1027. ut Dodechinus
 annotat abbas, Norber-
 tus in Comitibus his ele-
 ctus quum fuerit Magde-
 burgensis Episcopus;
 ut Anonymus Bamon-
 stratenfis coetaneus (i)
 testis est, atq; in vetusto
 Ms. Saxonico (j) legitur,
 Norbertum in Magde-
 burgensi sede A. 1026. suc-
 cessisse Rukero, existimant
 nonnulli, (m) Dodechinum
 in definiendo tempore
 Spirensis Conventus,

(i) In vita S. Norberti apud Henschen
 Acta Sanctor. Jun. Tom. 1. p. 849.

(j) vid. nota ad vitam Norberti.

(m) Mascoo. in Commentar. de Lothario
 a. Cap. 6 & 7.

metachronismo renius
anni peccasse. Nos
sequimur Dodechinum.
Reginaldus, post acie cum
Conrado bellum, captus,
Argentoram ad Comitia
Imperi ductus, a Princi-
pibus, indolens epus
mirantibus, libertate
donatus, in Burgundia
Comitatum rediit, qui
ab hoc tempore liberi
Comitatus⁽ⁿ⁾ nomine ap-
pellari coepisse videtur,
quos Comites majori pra-
alio libertate, incolae
vero praestantioribus
juribus, quam alii Comi-

(n) Franche-Comté; Hoch-Burgund,
Ober-Burgund.

tatenses fruerentur.

Reverum Burgundicorum
scriptores Rainaldi Cau-
sam justam fuisse censent. (c)

Otto Frising. (p) Comitatum
istum ab Imperio diu
alienatum, tanquam
liberum et indepen-
dens alodium per
Beatricem, Rainaldi
filiam, ad fridericum
I. Imp. rediisse scri-
bitur.

Conradus Rectoratum
Burgundia ad filium et
ad nepotem transmisit;

(c) Du Chesne Hist. de Bourgogne lib.
IV. c. 20. Gollut Mémoires sequanoises
lib. VI. c. 4. Vignier Chron. Burgund.
Dunod Hist. du Comté de Bourg. lib.
IV. p. 169.

(p) Chron. lib. V. cap. 1.

atq; adeo ultra nonagin-
ta annos in Faringica
gente hereditario quasi
jure hac dignitas per-
stetit. Bertoldida
appellari tum coeperunt
Burgundia Rectores.
Axioma Rectoris forte
protulit Caesar, ut a
Duce Comitēq; Bur-
gundia novus hic
Burgundia Trans-
Juram Rector distin-
queretur. Recto-
ratus hic super omnem
Comitatum Burgundia,
et Transjuranam vel Mi-
norem quam vocant Bur-
gundiam, et super vetus
Arelatense Regnum

hoc est per Sabaudiam,
 Delphinatum, Provin-
 ciam, Arelatensem,
 Viennensem et Lugdu-
 nensem sese **Tractus**
 extendit.

Contado ergo pro Patre
 et Avro servata fuit gloria,
 ut non modo Ducis facin-
gia sibi nomen assumeret,
 sed et Rectoris Burgun-
 dia axioma et dignitate
 ornaretur a Cesare.

Arelatense vel Burgundi-
 cum Regnum promiscua
 tum fuere nomina, quod
 sub Rudolpho 2. Burgun-
 dia Rege in unum coa-
 luerant corpus. Regnum
 hoc, gente Rudolphorum

extincta, quum ad Conra-
dum 2. Imp. A. 1032. per-
venisset, hic illud filio
suo Henrico in solenni
Procerum Burgundia
Conventu A. 1038. tra-
didit Saloduri, ubi eum
Burgundia Regem
voluit coronari. (a)

Henricus, ad Imperium
Germania solum promo-
tus, Burgundiam, sibi
retinuit, atq; sine Re-
ctore inter varia fata,
dum viveret, admini-
stravit. Post mortem
autem Henrici vidua

(a) Mippo in Vita Conradi Italici
apud Bistor. Tom. III. p. 482.

(b) Hermannus Contract. ad A.
1042. 1044. 1045.

... ejus Agnes mater Henrici 4.

1032 Rudolpho, Rheinfeldensi

Comiti Mathildem filiam

in matrimonium collo-

cavit, eique prater Sue-

1038. in via Ducatum, regnum

in, utriusque, Burgundia ad-

Regem ministrandum comisit. (c)

Unde scriptores cum Bur-

gundia Ducem adpellant. (d)

sed non satis ex vero.

Burgundia enim veterem

sempre formam Regni

servavit, nec unquam

in Ducatum redacta est.

Extincto Rudolpho,

Burgundia ad Henri-

cum IV. Imp. rediit,

(c) Mattheus Naumb. de unitate

Ecclie Conseru. l. 2. cap. 16. Continuator

Hermannii. Corb. ad A. 1037. & 1039

(d) Sigibertus Gembl. ad A. 1077. Conradus

Ulriperg. ad A. 1078.

qui Henrico filio hoc regnum
reliquit. Turba illis
temporibus inter Imperium
et Sacerdotium commota
fecerunt, ut Burgundia
curam Imperatores ne-
glicerent, donec Lotha-
rius Saxo Imp. pristina
Regum jura sibi denuo
vindicaret.

A. 1130. Conventui quem
Lotharius 2. Imp. Bra-
silia celebravit, Con-
radus quoque noster
Zaringus interfuit,
atque in transactione
super Monasterium
Burgulum (9) facta

(9) Burglen Sec. XII. Monasterium
dein Prioratus, hodieque a S. Blasii

et ab Imperatore confir-
mata, Chonradus Dux
de Zaringin et post eum
Herrimannus, Marchio
de Badin memorantur.^(a)

Primum hoc specimen
inveni, quo Herrmannus
Marchio nomen genti-
litium de Baden, ex-
pressit; patruelis sui,
Conradi, Zaringia Du-
cis, imitatus exemplum,
qui ante septennium,
nempe a. 1123. prima,
quantum novimus, vice,
Ducis Zaringensis titulum
in Chartis adhibuit.

(a) facta Abbatia Nigra silva pendens, situs in monte
Bringacia, Basilica VI. leuis. distans.

Chronicon Burgense a Sonnado, Maracha
San Blasiano, deo Abate Murenfi, facti XII.
medio conscriptum primus in lucem edit a 1755.
Vir solida Doctrina, Aufenus Heer, Monumento-
rum Illustriorum Editor, de Republ. Literaria
praeclaro meritis.

(a) Herrg. T. 2. p. 155.

(b) Tabularium Turicenf.

Lotharius Imp eodem Anno
Turicensi Collegio libere
eligendi Praepositum
potestatem concessit;
quod Chuonradus Dux
de Zarenche testis quoque
signavit. (b.)

A. 1131. litera foundationis
Abbatia Frienisbergenfis
scripta fuerunt, Ducatum
Burgundia nobiliter re-
gente Duce Conrado. (c.)

(b.) Diploma ineditum Tabularii
Collegiatae Turicensis.

(c.) Archiv. Bernense. add.
Mattemilli Diss. in Journal Helvetique
mois sept. 1726. pag. 286. Frienisberg
Frienisberg, lat. Aurora, mons Aurus
in ditione Bernensium, inter Bernam
et Arberg, Monasterium circa A.
1527. seculo additum. See in lexico
Helvet. voce Frienisberg.

A. 1133. Lotharius Imp. Inter-
 lacensem Episcopatus Lau-
 sanensis Ecclesiam, sub
 suam recipiens protectio-
 nem, ab omni Episcoporum,
 Ducum, Comitum ve im-
 perio immunem pronun-
 tiavit; liberam quoque
 Praepositi et Advocati
 electionem ipsi concessit.
 Charta huic inter alios
 proceres Dux quoque Con-
 radus de Zaeringon
 subscripsit. (a) Privi-
 legia haec Ecclesia Inter-
 lacense A. 1146. confirma-
 vit Conradus III. Imp.,
 atque protectionem hanc

(a) Archiv. Bernense.

regiam ad alia nonnulla
bona extendit, quae ipse
Imperator Conradus, cum
ante pertinissent ad re-
gnum, à Duce Conrado
deliberata, consensu
ejus, Ecclesia Interla-
censi donaverat.

Additur in hoc Diplo-
mate, ut Advocatiam
intuitu horum bonorum
a Conrado Duce retentan-
nemo suscipiat, nisi cui,
consentientibus Ecclesia,
fratribus, id munus
fuerit demandatum;
et quidem ea iterum con-
ditione, ut omni pote-
state careat Advocatus,
si injuria fratribus illata,

intra 40. dierum spa-
 tium, secundum volun-
 tatem eorum et Beato-
ris Burgundiorum
 malum emendare ne-
 glexerit.

Ejusdem plane tenoris
 est alia Charta Confir-
 mationis, Friderico I.
 Imp. A. 1173. huic Ecclē-
 sia data. (a)

A. 1138. Conradus Faringia
 Dux, qui apud Lotharium
 Imp. tam graciosus fuerat,
 quod Guelfis foret,
 Conradi Cæsaris, qui Lotha-
 rio successit, arma in se
 concitavit.

(a) Utraq; Charta in Tabularis
 Beronensi extat.

Conradum Hohenstaufium
Suevia et Francia Orien-
talis Ducem, Gibellinis par-
tibus faventem (quod
Staufensis familia princi-
pibus ingenitum) plerique
Principes eo tempore quum
elegissent in Regem, Con-
radus noster adversas
secutus est partes.

Unde a novi Regis fratre
Friderico, Suevia Duce (a)
qui deinceps Conrado
3. in Imperio successit,
bello peritus est, quo Turi-
cum expugnata, Burgun-
dia trans Juram occupata

(a.) Gebhardus Argent. episcopus
friderico Auxilia tulit Guilli-
mannus de episcopus Argent.
p. 232.

Faringa, Brisgovia arx
munitissima, capta fuit.

Casari ergo A. 1139. se Contra-
dius submitit, atq; recepit
amissa. Otlo Frisingen-

sis (d) hac narrans, Con-
radum fortissimum ac di-
tissimum Ducem appellat.

Bellum per breve fuit.

Eodem enim anno 1138. Ce-
sareo Diplomati, quod San-

blapiano Monasterio fuit
datum Bambergae, Cun-

radus Dux Burgundiae
post Fridericum, Suevia
Ducem, qui eum armis

(d.) de Gestis Friderici (lib. 1. cap. 26.
Arce in Frisingen non nominat,
sed his indicat verbis: „Arce
Conradi Farinigi quondam,
qua cunctis adhuc cernentibus
inexpugnabilis esse videtur, cepit &
expugnavit.

devererat, nomen subscri-
psit. (e.) Anno sequenti
d. 17. febr. donationem partes
villa Oningen, ab Illustri-
mo Chunrado Duce Zia-
ringen, Augiensi Monaste-
rio factam, Innocentius II.
Papa confirmavit. (f.)
Die 28. Maji Conradus
cum filio suo Bertolfo
Comite diploma Casareum
Einsidlenfi Abbacia in
Broterum conventu Ar-
gentina datum, testis
signavit. (g.) In alio

(e.) Herrig. Geneal. Habsb. Tom 2. n. 214.

(f.) Ibid. num. 215.

(g.) Hartmanni Donales Heremi p. 196.

Diplomate ejusdem anni
 audit Conradus Dux de
Ceringe (h) in alio Conradus
Dux Carintie, (i) ubi Carin-
 thiam pro Ceringia forte
 posuit, ut originem di-
 gnitatis Ducalis Carin-
 gensium ostenderet.

A. 1140. sub finem April.

Conradus Dux de Ceringun,
 curia Imperiali Franco-
 furti habita (l), atque

A. 1141. Conradus Dux ejusq;
 filius Bercholdus Comi-

(h.) Honthemius in Hist. Trevir. Tom. 1.
 pag. 542. diploma hoc exhibet, at pro
 Ceringe dedit vitiose Cöringes.
 Veram lectionem me docuit Ustifius
 in Chartulario Mss. quod Tabularium
 Civitatis Basil. custodit.

(i.) Instrumentum de Advocatia Abbacia
 Selsens, Argentorati confectum, quod in
 Cod. Diplom. Alsatia prodibet.

(l.) teste diplomate ap. Perg. Cod. Epistol.
 P. 1. p. 331.

tius Imperii, Argentorati
magno procerum numero
celebratis interfuere (m.)

Idem Conradus in Charta
anni sequentis Burgundiorum
Dux scribitur. (n.)

A. 1145. Otto quidam Turicensis
bona in Jollinghoffen Abba-
tia S. S. Felices et Regula
donavit, regnante Chunrado
Rege, Rectoribus Allamanni
et Burgundia Duce Conrado
de Zaringen et Advocato,
Praefecto Wernhero de
Baden. (o.) Idem Chunradus

(m.) teste Charta S. Blasij ap. Herrgott
l. c. num. 220.

(n.) Hist. num. 201. Conradus Dux Burgund.
memoratur in literis regis ap. Honthheim
l. c. pag. 554.

(o.) Ex Tabulario abbatipano
Turic.

Dux de Zeringen, dedit S.

Johanni in Burglen unam

Scoupo fam in villa Schal

singen (oo)

A. 1146. Conradus Rex

Romanorum Ecclesia

Interlacenfi bona quadam

contulit, Duce Conrado

consentiente. (p)

In Comitibus francofur-

tensibus A. 1147. Conradus

Dux de Zeringa comparet. (pp)

Sed ad Burgundia fata

redeundum, Rainaldus,

Lothario Imp. olim infestus,

(oo) Chron. Burglense Conradi
Sec. XII. cap. 17. p. 382.

p.) Archiv. Bernense.

pp) Luvig Specileg. Eccl. Part. 3.

pag. 91. sq et Contin. 1 pag. 908.

cum in Conradum III. quoque
non minus esset superbus,
hic terras ejus Conrado
Zaringensi denuo addidit,
unde pertinax bellum
tanto cum ardore conti-
nuatum, ut Rainaldus
atque Conradus Dux ad
singulare certamen
denique fuerint progressi.
Nescio belli finem conspexit.
Rainaldus a. 1148. (9) qua-
drennio post Conradus
noster et Casar ex-
tincti sunt. (10) Conradus

(9.) Nicrolas. I. Gaulti ap. Ducod. Hisp. de
Comté de Bourgogne lib. IV. p. 170. Rainaldus
in ede S. Stephani Vesontione scriptus est
Du Chesne Hisp. de Bourgogne lib. IV. p. 521

(10.) Otto Frising. lib. VIII. Cap. ult.
a. 1152. Conradus Dux de Zaringen-
obit, postquam etiam Conradus
rex eodem anno defunctus est.

obit Januario mense; (S)

in Abbacia D. Petri ubi
pater sepultus.

Uxor ejus Clementia Godo-
fredi Namurcensis et Ermen-
sondis Luxemburgica (a)

(S) pleriq; W. Id. Jan. ponit, nonnulli
11. Novas. Necrologium Mur. d. 8 Jan. ponit.
vid. Guittmann. Hist. l. v. cap. 4. pag.
285.

(a) Conf. Charta Bertoldi W. apud Schannat.
Vindem. liter. pag. 162. Clementiam
hanc, qua A. 1159. obiit, ex Comitibus
Baderibus Argovia ortam fuisse credi-
dit Pesslerus in exlicita Diatriba de
Ducibus Faringia, germanice edita in
Scriptis Periodicis Tit. Hannoverische
gelehrte Anzeigen a. 1751. p. 329. Facit
hoc occasione Diplomatis Frederici I.
quo hic Henrico Leoni, qui Clementiam,
filiam Consadi Ducis Faring. et
Clementia, in matrimonio habuerat,
per commutationem terras quas-
dam in Saxonia assignat, atq; ab eo
terras in Suevia accepit; quas
inter Castrum Baderi quoq; extiterat.
Castrum hoc autem, in Egovia qua-
ris Pesslerus, qua Burgundia Trans-
Jurana pars fuit, quum Charta
Fredericiana Castrum in Suevia situm
fuisse memoret.

filia fuit, ^(aa) ex qua Ber-
toldum W. Rudolphum,
Adelbertum, Conradum,
Hugonem, filios, filiasq,
Clementiam et Germanam
suscepit. ^(b) Bertoldus,
primogenitus filiorum,
lineam continuavit
Zaringitam, Conradus
et Hugo sine liberis de-
functi sunt. ^(c)
Rudolphus in Arnoldi,
Antistitis Moguntini,

[aa) Conf. Koelenus in Familia Luxemburg. Albe-
ricus Chron. ad A. 1165. p. 249. Diploma apud
Schannat. Vindem. liter. p. 163. ait:

Bertoldus hujus nominis quartus Dux
, Conradi filius. . . . Gra. terea Tom. Clementia
, mater ejusdem Ducis. . . in sepultura mat-
ris sui Ducis Cunradi.

[b) In Charta Bertoldi W. A. 1151. mentio fit
Clementia filiorum, Rudolphi, Adelberti, Hu-
gonis. Schannat l. c. Dux Bertoldus
Dector terra Alsacum. cum fratribus Adel-
berto et Hugone legitur A. 1150. ap. Herrgott
num. 249.

[c) Albericus l. c. p. 251. Guillelm. Habes
L. V. Cap. 4. pag. 285.

a conjuratis occisi, locum
electus est A. 1160. sed Impera-
tor, quod ipsi, eadem auctores
eum elegerant, denega-
vit consensum. (d)

Octennio post Comitis
Namurcensis, avunculi
sui, favore Leodiensem
Episcopatum accepit,
defunctus A. 1189 (e)
Clementiam, Contadi
filiam, quod attinet,
Henricus Leo, Saxonie
et Bavariae Dux, eam
A. 1147. in Comitibus franco-

(d) Serrarius de reb. Mogunt. Tom. 1.
L. v. p. 564. Dodechini append.
ad Marianum Scot. A. 1160.

(e) Aegidius Auzer Vallis in Hist.
Episcopor. Leod. Chappeauvillii
sub Rudolfo. Albericus ad A.
1168.

furtans duxisse videtur. ^(a)

Sed a. 1162. eam rursus di-
miserit ^(b) sanguinis proxi-
mitatem praetexens.

Divortii non in scius
fuit Casar Fridericus. ^(bb)

Clementia haec plures in
Suevia terras allodiales
Henrico Leoni, vel dotis
loco, vel ut paterna
hereditatis partem,
attulerat; pater enim
Conradus a. 1152. decepsit.

(a) Helmundus in Chron. Slavon.
lib. 1. cap. 8. ad a. 1147. scribit:
in diebus illis Dux noster (Henricus
& Leo) adolescens Dominam Cle-
mentiam Conradi Ducis de
Seringe duxit uxorem.

(b) Origenes Guelfica. Tom. 3. p. 182.

(bb) Abbas Ursperg. Chronicon Weir-
gartense a. 1162. Helmundus
l. 2. cap. 10. Chron. Montis Saxonis
a. 1162.

Terra ha Castro Baden,
 centum ministerialibus
 et quingentis mansis
 constabant. Omnia hac
 Clementia bona maritus
 ejus Henricus Leo. a. 1157.
 Friderico 1. Imp. solenni
 transactione tradidit,
 et ab eo in Saxonia alias
 in compensationem
 accepit. (c)

(c) Instrumentum Aurea Bulla
 munitum ex authentico de-
 scriptum extat in origg. Guelf.
 Tom: 3. pag. 466.

Vir illustris Godofridus
 Daniel Hofmannus, Juris
 Antecessor Tubinga in Dia-
 triba. Diplomatische Belu-
 stigung etc. edita 1760. hoc
 Instrumentum exponit.

Germanam vel Annam
de Zeringer Humberto
2. Comiti Sabaudia
nuptam fuisse, et a.
1162. mortuam tradit
Guichenonius. (a)
Ex matrimonio hoc
prodiit Agnes, Sabaudica
Johanni sine terra (b)
Henrici 2. Anglia Regis
filio, a. 1179. amplissimas
Conditionibus in matri-
monium promissa, uti
refert Rogerius Hovedenus (c)

(a) Hist. de Savoie Tom. 1. p.
229.

(b) Laekland qui a. 1216.
decessit.

(c) Annal. angl. Part. Post.
apud Saviliam scriptor. Hist.
Anglican. p. 522. Agnetem
hanc Hovedenus Alays vocat.

Anglica historia Scri-
ptor Anglicus, qui se-
culo XII. vixit.

Agnes A. 1174. ante
nuptias decedens,
omnia patris, et
soceris consilia
intervertit.

Quichenonius exi-
stimat, germanam
Faringiam, Agne-
tis hujus matrem,
filiam Bertoldi III.
fuisse, sed temporum
ratio hoc non facile
admittit.

Verisimilius et
convenientius tem-
pori est, si Germanam

Conradi Ducis, qui
A. 1152. decepsit. filiam
adeoq; sororem Ber-
toldi IV. extitisse
statuamus.

Bertoldus IV.

Hic filius Conradi Du-
cis, ^(m) vivo patre, Comes
vocatur in Charta Con-
radi III. Imp. data Argen-
tina A. 1138. pro Cella
S. Udalrici in Nigra
Silva ^(a) ubi legitur:
„Præsente Duce Frideri-
co. Regis ipsius Germano,

(m) Bertoldum IV. filium fuisse
Conradi. probat Charta transactionis
inter Ecclesiam Basileensem et mo-
nasterium S. Blasii super Jure
advocata a Conrado III. Imp.
data Argentina A. 1141. apud
Herrg. T. II. n. 220.

et alia Charta A. 1152. apud
Schannat Wirtem. liter. Collect.
1. pag. 1. ubi legitur: „Dux Ber-
tholdus hujus nominis quartus
Ducis Conradi filius.

(a) Continet hanc Chartam Libellus,
cui Tit. Historische Nachricht von
dem Briorat S. Ulrich pag. 124. Brio-
ratus hic junctus est Abbatia S. Petri
in Silva Nigra.

, Duce Conrado, Heriman-
, no Marchione, Comiti-
, bus quoque Bertulfo
, nostri Coenobii Advoca-
, cato, Comite Hugone etc.
Conradum Faringia Ducem
excipit Herimannus Mar-
chion, qui Bradensium
tertius est; cuius pater
Conradi Ducis fuerat
patruelis. At filius
Conradi Bertulfus,
Herimanno subiectus
inter Comites primus
comparat, illius tem-
poris more, pro patre
Duce vivente filius
axioma Comitis usus
pavit.

Advocati elogium demon-
 strat Bertoldum hunc
 Comitem ex Faringis
 fuisse. Fundatoris
 hujus Abbatia D. Petri
 nepos fuerat hic noster
 Bertoldus. Advocatia
 communiter ad gen-
 tiles fundatoris per-
 tinuit.

Filii
 Fredericus I. Imp. ipso
 anno, quo solium con-
 scenderat, nempe 1152.
 Comitia celebravit
 Merseburgi (b) primum,
 atq; deinceps Herbipoli (c)

b) Otto Frising. lib. 2. cap. 8.
 Helmoldi Chron. Sclavor. lib. 1.
 cap. 50. 51.

c) Otto Fris. l. 2. c. 7.

Erravit Felix Faber, (d.)
Comitia Moguntia illo
anno habita fuisse con-
tendens, in quibus disside-
Casarem inter atq; Ma-
gnates quum orientem
illum simulata per-
sona fugisse pervenisse
seque Faringam.
Hospiti ignoto omne
officium genus praestitit
Bertoldum nostrum
in mediocri tum con-
stitutum fortuna
ut Felix Faber fabu-
latur.

Adit Casarem grati
animi testimonio

(d.) Histor. Suevor. lib. 1. cap. 19

Faber militem eum primo, dein
 Comitem, denique Ducem
 constituisse Faringia.
 Sed cum alius Fabri com-
 mentis hac transeant.

Normaticensibus vero
 Comitibus ab eodem Fri-
 derico 1. Imp. A. 1155. ha-
 beretur Bertoldus noster
 interfuit. Chartam
 enim post Henricum
 in Bavaria Ducem, tum
 signavit Bertholdus
 Dux de Zeringen, et
 Hermannus Comes
 Palat. de Ahero etc. (c)
 In aliis vero Chartis

(c) Schannat Vindem. lit.
 Collect. 2. pag. 115.

hujus temporis Bertoldus
Dux Burgundia
solet vocari.

A. 1154. cum Frid. 1. Imp.
expeditionem in Italiam
suscepit Bertoldus, atque
in memorabili Tortona
urbis obsidione insi-
gnem Impi. operam pro-
stitit (†). Privilegium
quoque Ecclesia Reichers-
bergenfi ab Episcopo Ba-
berg. Brixia, hoc anno
datum inter alios pro-
ceres Bertoldus Dux

(†) In Diplomate Fridencii 1. Imp.
pro Monasterio S. Albani Basil. a. 1153.
et pro Altorfina Abbacia Alfatia
a. 1153. nec non in charta Ortliebi
Episc. Basil. pro S. Albani ecclesia
a. 1154. Instrumenta haec in Cod.
Dipl. Alfatia prodibunt.

(††) Gunther in ligur. I. II. v. 47. ff. 600.

de faringe, testis signa-
 vit (a) Delphino Viennensi,
 Guidoni Andrea, omne
 jus, quod sibi in civi-
 tate Viennensi Allo-
 brogum, qua Arela-
 tensis olim Regni
 fuerat caput, compe-
 tebat, Bertoldus,
 ut Burgundia Bector,
 a. 1155. concessit,
 Concessionem Frederi-
 cus I. Imp. firmavit. (b)
 Ab hoc tempore Del-
 phini participes

(a.) Diploma extat in Chronico Rei-
 chersperg, ad a. 1154. apud Ludewig
 Script. Aer. Bamberg. vol. 2.

(b.) Chorier Hist. de Dauphiné
 lib. XI. pag. 821. —

fuerunt Comitibus
urbis Viennensis; atque
unum ex Palatinis
Burgundia Regum
occuparunt Vienna
partemque iurisdictio-
nis una cum Archi-
episcopo exercuerunt
cujus decessor Guido
jam a. 1088. partem
suam a Stephano,
Burgundia Comite,
fratre suo, pro octo
mille solidis eme-
rat.

In Comitatu Burgundia
autem Bertoldus noster
acceptum a patre
bellum contra Rainaldum

filiam et heredem, Bea-
 tritem, strenue conti-
 nuavit. (h.) Testi-
 monium rei servat tur-
 ris antiqua Brisaci,
 tunc temporis ab eo
 exstructa, ubi Epigrapha
 hac reperest:

Hanc Dux Berchtoldus por-
 tam struxisse notatur,
 a quo pro fraude Burgun-
 dia depopulatur.

Fridericus I. Imp. A. 1156.
 Herbipoli Beatricem

(h.) Ervat Laufer in Hist. Helvet.
 Part. 2. lib. 8. p. 242. et
 Dill. in Hist. genealog. Ducum Zaring.
 ap. Samueli Wilh. Oetter Sammlung
 verschiedener Nachrichten p. 298.
 quum bellum hoc A. 1152. contra
 Rainaldum, A. 1148. jam mortuum,
 continuatum fuisse scribunt.

quum duxisset uxorem,
cum Bertoldo ita trans-
egit, ut ea Burgundia
Comitatum retineret,
Burgundia minor autem
seu Helvetia, ubi Ucht-
landia est, penes Ber-
toldum maneret, ita
tamen, ut quicquid
Zaringenses ex Arela-
tensi regno huc usque
cum Rectoribus, Imperii
nomine administra-
verant, id omne re-
stitueretur Imperio.

Zaringenses ergo tunc
tempores non modo
Comitatum Burgun-
dia amiserunt, sed
et Rectoratus in

reliquam Burgundiam
 coarctatus est limes.
 Arclatensis vero Regni
 Praefectoratus illis omnino
 ereptus est. ^(i.) In
 compensationem eorum,
 qua Bertoldus ami-
 serat, tres Civitates
 ei a Caesare traditas
 fuisse, Otto Frisingensis ⁽¹⁾
 nos docet, sed ex illis
 non nisi Laufannam et
 Gebennam ⁽²⁾ nominat,
 tertiamque reticuit, quam
 ex eius Continuatore,
 Ottone de S. Blasio, ⁽³⁾
 supplemus.

(i.) Otto Frising. de rebus gestis Friderici I. Imp.
 lib. II cap. 29. discrete Provinciam transactione
 hac ad Imperatorem pervenisse dicit.

(2.) loco alleg.

(3.) Generam sec. XII. coeperunt appellare
 Gebennam. Valesii notitia Galliar.
 pag. 229.

(m.) Cap. XXI.

Hic ad A. 1167. ita scribit.
Fridericus I. Imp. Bur-
gundiam ingressus
terram patris sui,
Reginaldi Comitis,
qui jam obierat, in-
ditionem suam
redegit, ac regnum
Burgundia cum Archie-
piscopo Arelatenfi, quo
Duces de Zeringen,
quamvis sine fructu,
tantum honore nomine
jure beneficii, ab Im-
perio jam tenebant,
a Bertolfo Duce ex-
torsit: praestitit sibi
trium Episcopatum
Advocatum, cum inve-
stitura regalium, scil.

Lausanenſis, Genevenſis,
 Sedunenſis, Addit
 his Gollutius (n) quaedam
 Comitatus Burgundici
 terras, quas tamen non
 designat.

Transactio haec haud
 dubie in a. 1156. ponenda;

quo anno Fridericus I.
 Imp. Beatricem Burgun-

diam duxit uxorem. (o.)

Otto Frising. qui a. 1158.

obiit, (oo.) ad haec tem-

pora rem refert, eamq;

nuper gestam eſſe an-

notat. (p.) Ottonem

(n) Memoires de la Franche Comté
 lib. VI. Cap. V. pag. 381.

(o.) Dodechinus in Append. ad Marian.
 Scotum ad a. 1156. apud Hier. Tom. I. p. 677.

(oo.) Bladenicus de Gestis Frid. I. Imp. l. 2.
 cap. 11.

(p.) Otto Frising. de Gestis Frid. I. Imp.
 lib. II. Cap. 29.

frisingensem secutus est
Vignierius (q) ad a. 1156.
hanc epocham figens.
Erravit itaqz Guntherus
in Sigurino (r) quod trans-
actionem illam vivo
adhuc Rainaldo Co-
mite factam esse tra-
didit. (rr) Rainaldus
jam a. 1148. e vivis ex-
cesserat (s) superstiti
Conrado 3. Imp. et

(q) Chron. Burgund. ad a. 1156. et
Bibliothèque historique part. 2. pag. 110

(r) l. c. v. v. 206. lq.

(rr) Manifestus est error, Lessleri
in kurzer historischer Nachricht von
Herzogen von Fähringen hanoverisch
geleszte Anzeig. de a. 1151. pag. 226
ubi transactionem Faringorum cum
Beatrice Burgundica et Friderica l. p. 110
ad Conradi Ducis tempora refert
quem tamen a. 1152. jam obisse tradit

(s) vid. super in Conrado.

Conrado Faringio, qui
 quadriennio demum post
 obierunt. Otto Frisingen-
 gensis Transactionem
 inter Imperatricem
 et Bertoldum, Con-
 rardi filium, interve-
 niente Casaris frid. 1.
 auctoritate, initam
 fuisse haud obscure
 innuit.

et Gollutium, ^(t) qui ad a.
 1168. hanc epistolam pro-
 fuit, ut et Brunavium ^(u)
 aliosq; ^(x) qui ad a. 1169.

(t.) Memoires des Douvrougnons
 de la franche comte lib. 24. cap. 12.

(u) Hist. Frid. 1. pag. 210.

(x.) Stumpfius Chron. Helvet.
 lib. VIII. cap. 20. p. 594.⁶

cam rejecerunt, Otto
de S. Blasio, Ottonis
frisingensis Continua-
tor, seduxisse videtur,
qui ad A. 1167. ⁽²⁾ histo-
riam hujus transactio-
nis exponit. At
scriptor ille Burgun-
dica uno intuitu
ut fisteret lectori,
ea qua diu ante con-
tingerant, cum rebus
postea gestis conjunxit.
Profecto transactionem
hanc ante A. 1158. fuisse
initam probat Charta
Henrici Arg. Episc.
de a. 1174. ^(m) in qua

(2.) Cap. 31.

(m) Ex Auctat. Mpt. Historia Vand.

vivo Amadeo Lausanensi
 Episcopo transactio facta
 fuisse dicitur. De anno
 mortis Amadei dissen-
 sient quidem Scriptores.
 At omnes vel a. 1155.
 vel a. 1158. cum obisse
 tradunt. A. 1157. adhuc
 vixisse Amadeum, testis
 est Charta Bertoldi IV.
 monasterio Alta Ripa (n)
 hoc anno data, cui inter
 alios Amadeus subscri-
 ptus est. Itaque transactio
 illa necessario ante a.
 1158. facta est, quo inter
 mortuos jam fuerat Ama-
 deus, cuius prejudicium
 transactio inter Frid.

(n.) Tabular. Monast. Alta Ripa.

Imp. et Bertoldum inita
fuerat.

Annus ergo 1156. ob resti-
tutam Henrico Leoni
Bavariam, ob Austriam
ex Marchionatu Bava-
rico in Ducatum Imperii
conversam, ob pacem
publicam Germania
redditam, in Germanorum
Annalibus celebris,
Burgundici quoque regni
quietem, per sex lustra
turbatam, magno cum
Faringica Domus detri-
mento et Hohenstauffi-
ca augmento, reduxit.
Transactione hac Bur-
gundia Helvetica
cum Lausanna, cum

Geneva et Seduno Vallesia
in Bertoldi potestate
remanferant.

Omnes nempe terrae
quae inter Ursam
Rhodanum et Jurasum
sunt sita, quaeque adeo
Argoviam, Neuchan-
diam, Pagum Vauden-
sem et memoratos
Episcopatus compo-
nunt.

Advocatia Turicensis,
quam Bertoldus quoque
retinuit, non cum Bur-
gundia Regno, sed jam
ante, ob concessum
Hohenstauffis Sue-
via Ducatum ad Ber-
toldum 2. perve-

nerat. (a)

Arelatenfis autem ve-
teris Regni Bectoratus
ex Faringica quoque
tum Domo exivit.

Casar, hostis Guelforum,
quorum amici plerumque
fuere Faringi, rebus
suis convenientius fore
credidit, eorum si im-
minueret opes, atque
adeo Arelatenfis quoque
Regni, a Bosone olim
instituti, provincias
aliis, quam Faringis
regendas committerat.

(a) Erat Hettlerus Chron. Uchtlan's
lib. 1. pag. 2. ubi tradit, Bertoldum
IV. praeter tres Episcopatus obti-
nisse tum quoque primum Advocac-
tiam Trütschem, quam obtinuerat
jam Bertoldus 2.

Cum ergo Viennensis
 et Lugdunensis Archi-
 episcopi, Valentia et
 Avennionis Episcopi,
 ceteriq; Burgundo-Are-
 latensis Regni Proceres
 A. 1156. Friderico 1. Imp.
 prestitissent homagium,^(b)
 idem anno sequenti
 Craclium, Lugduni An-
 tistitem, de omnibus
 regalibus et jurisdic-
 tione seculari in urbem
 Lugdunensem investi-
 vit, cumq; Arelatensis
 Regni constituit Ex-
 archum.^(c)

(b.) Radevicius Lib. 1. cap.

21.

(c.) Instrum. extat in Paradis Hist. de Lyon
 L. 2. Cap. 35. Add. Jac. Savertij Chronolo-
 gia historica Antistitem Lugdunens. Part. 1.
 pag. 79.

Archicancellariatum vero
ejusdem Regni eodem A.
1157. Diplomate Bisuntij
scripto, Archiepiscopo
Viennensi in perpetuum
concessit; (d) ipso Ber-
toldo IV. presente, et
subscribente Diploma;
quem ab hoc tempore
titulum Burgundia
Ducis sumfisse Gollu-
tius (e) existimat.
A. 1158. quidem cum
titulo Burgundia Ducis
in Diplomate Frederici
I. Imp. pro Abbacia

(d.) Johannis a Bosco Antiquitates
Vienna pag. 87. qua annexa sunt ejus-
dem Bibliotheca floriacensi.

(e.) Memoires de la Republique
Leguanoise lib. 27. Cap. 5. p. 381.

S. Cyriaci in Altdorf.
 Bertoldus noster oc-
 currit; (cc) sed in charta
 A. 1169. (f.) ipse ita
 loquitur: Ego Ber-
tolfus Dux et Rector
Burgundia.

Ita Advocatiam vel
 Praefecturam trium
 Episcopatum Lausan-
 na, Geneva atq; Seduni
 in Bertoldum trans-
 tulit Caesar ea ratione,
 ut in omnibus eorum
 terris, quae satis ample
 fuerant, summam po-
 testatem, non Regis,

(cc) Herrg. J. 2. n. 200. —

(f.) de qua nobis sermo erit infra.

sed suo nomine exerceret
Bertoldus; ipse Episcopus
de Regalibus investiret,
qui concessione hac ab
immediato suo statu in
mediatum dejecti sunt.
Perpetui hinc motus,
qui ad extinctionem
Bertoldinae Zarin-
gensium gentis usque
durarunt. Enim-
vero graves mox ab
Episcopis querimonia
exorta; qui uno omnes
ore conquesti sunt,
Ecclesias suas non
alium admittere
Praefectum, quam
Caesarem.

Ira ceteris commotus
 est Genevensis Antistes,
 quod Bertoldus Advo-
 catiam, a Casare sibi
 traditam, in hostem
 suum, Amadeum, Co-
 mitem Genevensem
 transtulerat.

De temporali enim
 jurisdictione in Gene-
 vam, et ex parte in
 ipsas quoque Episcopi
 terras inter Episcopum
 et Comitem a longo
 jam tempore fuit
 acre certamen.

Præfectura Casarea
 in Ducem Bertoldum
 et a Bertoldo in Comitem
 translatione Comes

victor evasit.
Episcopus Genevensis
etgo non modo apud
metropolitanum suam
Tarantensensem Archi-
episcopum, sed et apud
Lugdunensem, Viennen-
sem, aliosq; sacrorum
Antistites, de violatis
Ecclesia sua juribus
contra Comitem Gene-
vensis, contra Ducem
Bertoldum, et deniq;
contra ipsum Impera-
torem non sine ratione
conquestus est, quod
Advocatiam Geneven-
sis Ecclesia, qua soli
Imperatori competat, tra-
diderit Bertoldo.

Casar ad Episcoporum
 instantiam solenne Pro-
 cerum Germania et Aegni
 Arelatensis Judicium,
 apud Pontem Laone, ⁽⁹⁾
 super Saonam vel Ara-
 rim, in Comitatu Bur-
 gundia A. 1162. celebra-
 vit. Ad utrum
 pro Principe Civitatis
 Gebenensis, Suburbio-
 rum et Castorum
 Episcopatus, Casare
 consentiente declara-
 vit Confessus, ita ut
 nullo unquam tempore
 medius inter Casarem

(9) S. Jean de Lône in Archi-
 episcopatu Vesontino.

et Episcopum Genevensen
existere possit.
Casar in Aurea Bulla
eo ipso A. 1162. data,
Arduum appellat
Vicarium nostrum;
atque Diploma, quo
Bertoldo praefecturam
hanc concesserat,
alio revocavit Diplo
mate. (†)

(r.) Auream Bullam Fride
rici I. Imp. hac super re,
ut et alia Documenta,
qua huc spectant, vide
apud Sponium Hist. de
Geneve Tom. 2. pag. 24. 39
Item le Citadin de Geneve
pag. 158.

(†) Spon. pag. 30.

Nec minores in Lausa-
nensi et Sedunensi Epi-
scopatibus exorti sunt
motus. Amadeus,
Lausanna Antistes, quid
moverit, ignotum.

Ad constat, solenni cum
jurejurando, ^(a) quod a
Bertoldo suscepit, eccle-
sia sua libertatibus,
utcumq; prospexisse.

Successor ejus Landeri-
cus, qui ad Pontificem
Romanum provocaverat
et provocationem ^(b) usury

(a) Juramenti formula legitur in Cartu-
lario Ms. lausanensi Ecclesia fol. 98.
Vide Probationes.

(b) Provocatio hac respexisse videtur
Praefecturam Lausanensis Ecclesia,
a Cesare in Bertoldum translata.

Romam suscepit iter,
in itinere ab emissariis
Imperatoris circa A. 1156
captus est posteaque
dimissus. Episcopatum
deposuit; indignatus
protestationem, quam
Bertoldo IV. dederat
Casar. (c)

Rogerius Successor eius
A. 1174. in Procerum
Conventu de Casare
questus est, quod ille
Regalia Lausanensis
Ecclesiae, tempore Ama-
dei Episcopi, tradiderat
Bertoldo, a quo inve-
stituram eorum Episco-
pus recipere tenea-
tur.

(c) Stumpf. Chron. Helvet. lib.

Confessus, cui Henricus
Argent. Episcopus pra-
sedit, opinatus est,
restituenda esse Lausa-
nenfi Ecclesia jura;
expectandum tamen
Ducis adventum,
antequam res deci-
deretur. Charto-
physiaci Bernensis
Acta^(d) initium, sed
non exitum rei nos
docent.

Ex Alexandri III. Bulla,
A. 1178. data, perspicimus,
Bertoldum in Advoca-
tia Lausanenfi Eccle-
sia possessione man-
sisse, ita tamen,

(d.) Sententia Henrici Episcopi Argent.

ut jure jurando liber
tati ejus prospexerit,
cujus formulam idem
Pontifex sua Bulla
probavit.

Nihilominus lites
cum Lausanensi Episco-
po sub Bertoldo V. ad
extinctionem usq; Za-
ringica gentis dura-
runt. Tum vero
Bertoldus, Lausannen-
sis Episcopus, Advocatiam
ad sede volutam esse
arbitratus, solenni
Charta (c) prospexit,
ne in posterum Advoca-
tia hac transferetur in
alium.

(c) Data A. 1219. in vestibulo Lausa-
nenfi. Chartular. Lausan. Ms.
vide Probationes.

Nec meliora fata Ber-
toldus IV. in Sedunensi
Episcopatu expertus est;
a Vallesis, Episcopo Sedu-
nensi subjectis, ubi Jura
sua exercere voluerat,
A. 1180. armis repulsus. (F)

Hereditarium hoc bellum
filio pater reliquit.
Bertoldus V. enim A.
1211. cum imperium ejus
recusarent Vallesii, ex-
ercitu valido, ex Trans-
juranis et Helvetiis
collecto, per Grimfulam^(G)
montem in Vallesiam

(F) Simlerus in Vallesia p. 194.

(G) Grimfula, unus ex altissimis
Alpium Lepontiarum montibus
in Tractu Bernensium Hasli, ubi
ad Vallesios transitus.

descendere decreverat.
Vallésii a Transjuranis,
qui et ipsi Bertoldis in-
festi erant, de consilio
Rectoris clam edocti,
advenientem cum exer-
citu magna clade
straverunt. (99)

Episcopus Seduni tum
fuerat Verinus.

Perpetuas Bertoldorum
in memoratis Episcopa-
tibus turbas facile
præviderat Casar, quum
eos concessit Bertoldo,
jurium, quæ illis com-
petebant ignaro.

Unica Casaris Cura
fuit, Comitatum

(99.) Simlerus loco alleg. pag. 105.

Burgundia et Regni Ar-
 latisensis Bectoratum,
 ut ei dimitteret Bre-
 soldus, atqz, adeo super
 modicam terrarum
 Burgundia partem
 iura Bectoris servaret.
 Quelfica parti addictum
 Gibellinus decepit, ut
 potentiam ejus, sibi
 suspectam minueret,
 Idem Fridericus I. Imp.
 qui Arduus, Geneven-
 sium Episcopo, jus Re-
 gium in Genevam A.
 1153. tradiderat, (2) triennio post

(2) Ipse hoc fatetur Imperator in aliqua Bulla,
 quam A. 1162. eidem Arduo Spira con-
 cessit. Exhibetur ea in Sponii Historia
 Geneve Tom. 2. pag. 24. Diploma
 A. 1153. extat in libro, cujus Rubrum
 de Citadin de Geneve pag. 150.

Regium jus suum in
terras Episcopales, atq;
adeo et in Genevam
concessit Bertoldo.

Omnis in Cesare, nulla
in Bertoldo calli-
ditas.

Hic Dux et Rector Bur-
gundia A. 1157. Mona-
stero Cisterciensi Alta-
Bipa privilegium con-
cessit, quod illud a
pedagiis et teloniis
per totam terram et
dominium suum liberat.

Chartam Elmadeus
Lausanensis Episcopus,
inter testes signavit. (m)

(m.) Ex Chartulario Monasterij
Alta Bipa.

A. 1158. Bertoldus in
 Italiam Imperatorem
 secutus, (a) in Medio-
 lanensi obsidione stre-
 nui Ducis munia obiit,
 et fractis longa obsi-
 dione Mediolanensium
 viribus, ipse cum Hen-
 rico Leone et Friderico,
 Conradi Imp. filio, me-
 diatoris partes susce-
 pit. (b) Ita composito
 Mediolanensi bello,
 dimissus ab Imp. Ber-
 toldus, in Germaniam
 reversus est. (c) Sed
 rediit mox anno sequenti

(a) Radevicus de Gestis Frid. 1. lib. 1.
 cap. 25. Guntherus in Ligurino
 lib. VII. v. 228.

(b) Otto dec. Alafio Cap. 11.

(c) Radevicus lib. 1. cap. 44.

motibus novis a Medio-
lano concitatis et memo-
rabili Crema urbis
obsidioni interfuit;
qua initio sequentis
anni capta et flammis
consumpta est. (d)
Mediolanenses quoque
Lapiensium victores, redi-
turos in urbem, Ber-
toldus cum Imperatore
ex insidiis prorumpens,
strage affecit. Vexillum
suum Bertoldo tum
commiserat Caesar. (e)
A. 1160. Bertoldus Dei
gratia Dux et Rector
Burgundiae literis

(d.) Ursperg. Chron. p. 219. sq.

(e.) Otto de Morena. Ursperg. Chron.
p. 219. sq.

protectionis Abbatia
 Alta Christa, Ord. Ci-
 sterciensis, in Episcopatu
 Lausanensi concessit. (f)
 Jus patronatus ac
 Decimas in Hagendorf,
 Monasterio S. Albani
 Basilea competens,
 Bertoldus illis ab-
 stulerat: sed Alexandro
 III. Papa jubente,
 ab Episcopo Basileensi
 Ecclesiastica poena ad
 restitutionem ejus A.
 1160. fuisse adactum,
 Urstifius (g) refert.

(f) Haut creff. Hac ex Auctoris
 Historia Vaudi Ms. auto-
 graphum in Archivio Bernensi
 servatur.

(g) Chron. Basil. pag. 49.

Eodem hoc anno Bertoldus
nostri frater Rudolphus
post Arnoldi Archiepi-
scopi eadem, Moguntina
sedis Antistes fuit crea-
tus; sed Imperator,
Spreto Rudolpho, quem
auctores eadē elegisse
dicebantur, Conradum
Ottonis Wittelsbaten-
sis fratrem, Archiepisco-
pum constituit. (a)

(a.) Rem prouti gesta est, narrat Dode-
chirus in append. ad Marian. Scot.
a. 1160. 1161. 1162. Anno hoc Imp. in
superiore agens Italia, adhibitis
Ecclesia Moguntina primoribus
Conradum Antistitem nominavit
reposito Rudolpho, post habito quoque
Christiano, quem jam ante Archi-
episcopum designaverat. At
biennio post, quam in partes Alexan-
dri transisset Conradus, sede sua
Imp. pulsus et Moguntina Ecclesia
Christiano commodata est.
Dodechirus ad a. 1164. ad. contra
Serrax. de reb. mog.

Bertoldus dignitatem
 hanc ut fratri servaret,
 ad Ludovicum VIII. Gallia
 Regem sese convertit
 eiq; auxilia adversus
 Fredericam I. Imp. ob-
 tulit, qui graves tum
 inimicitias cum Rege
 alebat, qua eruptura
 videbantur in bellum;
 eo quod Ludovicus,
 deserto Victore, cui Caesar
 adhaerebat, Alexandri 3.
 Pontificis partes fue-
 rat amplexus. Extant hac

(b.) Ludovicus VIII. Gallia Rex conventus
 super ararum fluvium pro confirmando.
 Victore A. 1162. indicto, se inter futurum
 promiserat, sed re infecta discedens,
 iram Imperatoris in se provocavit.
 Cf. epistola frid. I. Imp. apud Freher Tom. 1.
 pag. 420. 444. add. Robertus de Monte
 ad. A. 1163. Godefridus Coler. ad A. 1162.
 Helmodus Chron. Sclavor. l. 1. cap. 90.

de re littera (c.) Bertoldi
nostri, Burgundia Ducis,
ad Ludovicum Regem
perscripta, in quibus
Rudolphum fratrem,
litterarum latorem,
pluribus Regi commen-
dat, ut ejus et Alexandri
Pontificis auctoritate,
Moguntina Ecclesia,
quam injuste ac ex pec-
liari in Faringos odio
ipso eripuerit Caesar,
restituatur.

(c.) Extant apud du Chesne
Tom. IV. Epistolar. num. 377.
et apud Freker. Tom. I. pag.
427. — littera ha circa
A. 1162. scripta videntur,
quo Anno Conradi electio
evenit.

A. 1162. apud Constantiam
 Henricus Leo Clementiam
 uxorem suam, Conradi Du-
 cis Saringia filiam,
 consorcio rei Imperatore,
 dimisit. (f)

A. 1164. cum inter Welfo-
 nem, Welfonis Bavari fi-
 lium, et Hugonem Cala-
 tinum Tubingensem, de
 milite interfecto, turba
 fuissent exorta, et Hugo-
 Calatinus a Welfone gravi
 bello petitus, friderici
 Ducis de Rotinburch,
 filii Conradi Imperatoris,
 auxilium implorasset, Welfo,

(f.) Ursperg. Chron. p. 229.

ut validum quoque sibi
socium pararet, Bertol-
dum nostrum, Faringia
Ducem excivit, qui cum
insigni militum manu
Welfoni suppeditas talit.
Commistum est acris ad
Tubingam proelium, in
quo Palatinus, multos
hostium suorum captis,
victor discessit. Indignatus
clade filii Welfo pater,
collectis undique copiis
Bertoldo sese conjunxit,
atque omnes Palatini ditiones
ferro et igne delevit. In
reditu tamen a Friderico
Duce, cum milite Bohemico
superveniente, cladem accepit.

Imperator, re audita, ex
 Italia, ubi tum erat,
 in Germaniam reversus,
 Ulma a. 1166. Comitia
 habuit, in quibus Ber-
 toldus quoq; cum Henrico
 et Welfone, Bavaria
 Ducibus comparuit.

Ibi causa cum principibus
 deliberata, Caesar Palatino
 injunxit, ut injuriam,
 Welfoni illatam, capti-
 vitate vel exilio lueret.

Hugone Neoburgi in
 custodiam tradito, Suevia
 tranquillitati suae
 restituta est. (9)

In ejusdem anni Charta

(9) Otto. dec. Blasio. cap. 18.

Othonis Constant. Episcopi
Bertholdus W. San Blasiani
Monasterij Advocatus
appellatur. (h)

A. 1167. cum friderico I.
Imp. in Italia versatus,
diploma ejus de Marchia
Guidonis, concessa Hen-
rico Marchioni testis
omnium Laicorum primus
signavit. Dux Bertholdus
de Zeringa, quem se-
quuntur nomina
Bohemia Ducum et
post Principes Comes
Wannicus de Havelkesburg
Datum in Territorio Ari-
minensi 12. Kal. Maji 1167. (hh)

(h) Herrg. T. 2. n. 237.

(hh) ap. Murator. Antiquitat. Ital.
Tom. 1. Dissert. 24. p. 217.

A. 1169. Bertoldus noster,
 ut Landgravius Brisgovia,
 praesedit iudicio, in quo de
 Jure Patronatus Ecclesia-
 rum in Kirchheim,
 Eimeldingen et Mercht
 acriter certatum est.

Arrogabant sibi jus
 hoc Adelgotus, Luipoldus,
 aliique Viri conditione
 liberi de Chilheim.

Arrogabat illud Abbatia
 sua de Stein⁽ⁱ⁾ Burcar-
 dus Abbas: cui ipse
 Bertoldus noster Mo-
 nasterii hujus advocatus
 se junxit. Iudicis
 tamen severi officio

(i.) Hodie Istein, Praepositura
 ad Alhenum in vico cognomine,
 quatuor Leucis Basilea distans.

functus contra Abbatem
pronuntiavit, quod septem
idoneos testes pro se
Adelgotius et Luipoldus
abduxerant. (i) In
litteris his legitur: Ego
Bertolfus Dux et Re-
ctor Burgundia.

A. 1170. in Friderici I.

Imp. Diplomate Bertol-
dus Dux de Ceringe
occurrit. (ii)

A. 1171. Arnoldus, Trevir.

Archiep. beneficium Henrici

(i) Charta hujus Judicii authentica
in Tabulario San. Petri extat
Basilea. Integrum extat sigillum
cerium Charta appensum, in quo
Eques representatur Bertoldus.

(ii) Herrg. num. 240. 242.

Comitis Namurcensis,
Bertholdo Duci de Che-
ringa et filio ejus Ber-
tholdo, rogante Frideri-
co I. Imp. contulit. (1)

A. 1177. Bertoldus noster
Friderici I. Imp. ex Ita-
lica expeditione, trien-
nio ante suscepta, re-
ditum per Alpes ad-
juvit. (m)

A. 1178. Fridericus I. Imp.
a Raymundo ^{Archiepiscopo} Episcopo
coronatus est Arelati. (n)

Bertoldus vero Recto-
ratum suum minoris

(1) Hontheim Hist. Trevir. T. 1. p. 603.

(m) Otto de v. Blasio cap. 24.

(n) Petri Sixij Pontificium Arelatense.

Burgundia us redderet
firmiorem, urbem Tribur-
gum in Pago Aventicensi
circa haec tempora condidit.
Tauringensis Archivi
Charta (c) A. 1178, urbem
jam tum existisse nos
docet. „ Dominus
„ Bertolfus Dux, inquit,
„ villam, qua vocatur
„ Triburg, edificavit,
„ cujus quarta pars in
„ fundo et allodio S. Mariae
„ Paterniacensis sita est.
Villam non veteri Ro-
mano, sed novo Franco-
Gallorum sensu, ^(p) id est,
oppidum, muris ac turribus

(c.) Quichenon. Bibliotheca Leba-
riana pag. 314. edit. Hofmann.

(p.) Ville, urbs, oppidum.

munitum Bertoldus ex-
struxit.

Novissimus tamen
Historia Helvetia Scri-
ptor, in suprema Tri-
burgi dignitate con-
stitutus, (v) popularis
sui, Guillimanni, Chro-
nologiam secutus. (v)
origines Triburgi sua
A. 1179. assignat.

Triburgi nomen, quod Ber-
toldus III. urbi Brisgovia
a se condita dederat, Hel-
vetica quoque sua Ber-
toldus IV. imprefuit, quod
nomen liberam vel immu-
nem Urbem munitam desi-
gnat. Immunitas

(9.) Illustris Triburgensium Praetor Alt in
Hist. Helv. gallice scripta T. 1. pag. 82.

Pesslerus in hist. Ducum Saringia Hanoverisch
gelehrte Anzeigen de A. 1751. p. 226. Triburgi
Uchtlandia origines ad Conradi Ducis tem-
pora rejicit.

(v) Helveticar. lib. 2. p. 287. et lib. 3. p. 9.

vicinos et remotos omnia
conditionis homines ad in
colatum all exit.

Præter Ebrodunum
nulla in Lago Avent
munitio tum fuit.

Rotundi mons ^(†) situ
non arte munitus erat
Paterniacum et Solo
durum nondum moenia
tuebantur.

Nobiles autem Burgund
effrenatam libertatem
affectantes, exterumq;
dedignati Rectorem,

(s.) Yverdun ad lacum hujus
nominis.

(†.) Remont, castrum in rotundo
monte positum, Caput somitatus
in quo Castrum Murtena, Mors
Murten.

nullam rationem in officio
 poterant contineri:
 unde perpetui in Helve
 unantia motus et Faringorum
 Avicum nobilibus lites; qui-
 fuit. bus sedandis, nobilibusq;
 (†) in ordinem redigendis,
 friburgum Uchtlandia
 et a Bertoldo exstructum
 qua civitas dein longa
 cum nobilibus illis
 bella gessit.

Extant litera (†) Ber-
 taldi ad friburgenses
 Uchtlandia, de immu-
 nitate Monasterii Alta-
 Ripa, paulo post exstra-
 ctionem nova urbis,

(†) Tabular. Monasterii Cister. Alta-
 Ripa in friburgensi Helvetiorum
 pago.

data, in quibus Bertoldus
salutem et contra hostes
victoriam Friburgensibus
precatur, clario testimonio
friburgenses ab ipsis verbis
sua irremediabilis bella cum
Burgundis, Laringorum
hostibus, aluisse.

Hottingerus in Speculo Tiguri
(^a) ait, A. 1163. Guelfum
Bavaria Ducem sub Con-
rado 3. Imp. et A. 1170.
Albertum Habsburg. sub
Friderico 1. Imp. Advocatum
eos vel Praefectos exti-
tisse Turicensis, adeoque
Bertoldorum Faringia
seriem aliquamdiu inter-
ruptam fuisse.

(a.) pag. 22.

Sub eodem Friderico autem
 A. 1187. Bertoldum Za-
 ringiam Turcem rursus
 occurrere. Verum
 Hottingerus confuse
 rem tradit, vel in
 Conradus III. Imp. vel
 in A. 1188. peccans,
 quum ille jam A. 1182.
 decesserit. Deinde
 restitutionem Zarin-
 gensium in Advocatiam
 Turic. ante A. 1187.
 quem Hottingerus ponit,
 factam esse, certa
 nobis documenta
 persuadent.
 Bertoldus IV. jam A.
 1178. Capitulo Turic.
 potestatem eligendi

plebanam confirmavit,
litteris, quas ipse Hottinger
gerus alibi exhibet. (b)

A. 1185. litem inter Cano-
nicos Turicenses et
plebanum de Schwanlingen
composuit, hoc titulo
usus: Berchtoldus de
Zaringen, Dux et Rector
Burgundiae et Kapvogel
Turicensis Praeposi-
tus. (c)

Interruptio itaque Advoca-
tiae Turic. a Bertoldis
administrata, XII. cir-
citer annorum fuerit
non XXII. uti Hotting-
gero est visum.

(b.) Hist. Ecclesiast. Tom. VIII. pag. 58.

(c.) Hottinger l. c. pag. 1179.

A. 1150. regnante Frederico
Serenissimo Imp.
Duce Suevorum, Bertholdo
Burgundia Rectore,
 fundatio Domus Hospi-
 talitii in Buchse per
 Crenonem de Buchse
 hominem ingenium
 et sua potestatis facta,
 a Bertoldo Constan-
 tientiensi episcopo solenni
 instrumento fuit con-
 firmata. (cc)

A. 1181. Bertoldus IV.
 donationem Collegiate
 Saloduranae factam
 suo sigillo firmavit,
 ubi Eques sistitur cum
 (cc.) Arch. Beurense.

vexillo oblongo et inscri-
ptione: Berchtoldus
Dei gratia Dux et
Rector Burgundia.^d
At in Henrici, Episc.
Basiliensis charta
a. 1184. brevius iterum
scribitur Dux Bur-
gundia.

In formula pacis, qua
cum Italia civitatibus
Constantia a. 1183.
Fridericus I. Imp. com-
posuit, Bertoldus
quoque noster inter
testes occurrit; sed
loco Faringia Ducis
male Dux Hermone
scribitur.

(d.) Tschudi Hist. Helvet. Part. 1.
Lib. 2. pag. 90.

Obiit Id. Sept. A. 1186.

gentilitio sepulcro

ad S. Petrum filva

Martiana illatus.

Elogium ejus extat

apud Guntherum in

Liquirino. (e) ubi cum

vocat

„ Virum magnis specta-
tum saepe periculis.

„ Allobrogumq; Ducem,
cujus sub jure fatigat.

„ Levis aror placidas
Rhodano quas com-
modat undas.

Uaorem Bertoldo IV.

tribuit Albericus (f)

(e) lib. II. v. 911. seqq.

(f) Alberici Chron. ad A. 1168.
pag. 281. edit. Leibnit. ubi:

filiam Comitis Her-
manni de Friburg,
ex qua Bertoldum
Ducem et duas filias
reliquerit, at illo
tempore nondum
fuit Comes Friburgi.
Urbs a Zaringensi-
bus condita, non nisi

„ Dux iste Bertoldus du-
„ xit filiam Comitis Her-
„ manni de Friburg,
„ et genuit Ducem Ber-
„ tholdum alterum et duas
„ sorores. Prima Comiti He-
„ quenoni de Cura in Sua-
„ via peperit Conradum.
„ Secunda Ducis Bertholdi
„ filia fuit Comitissa
„ Friburg. et plures liberos ipsa
„ habuit. —

his extinctis suos
Comites accepit.

Imhofius eam Hel-
vigem de Freyburg vo-
cat, non Comitissam:

In Chronico Constant.

simpliciter Heilwigis
dicitur.

Liberos vero Ber-
toldi IV. ex dubia conjugē

susceptos refert quoque
Albertus Argent. (9)

Bertoldum V. nempe
et duas ejus sorores,
quas non nominat, sed
eodem tamen, quo Al-
bericus, modo nuptas
tradit, qua de re infra.

(9.) Chron. pag. 99.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwritten text visible on the right edge of the page.]

Bertoldus V.

Bertoldus V. patri A.
1186. (a) succedens, di-
vitis (b) cognomine
notus est, quod pro
majoribus suis multas
opes cumulavit

A. 1187. Turegici Carolini
Collegii de constituendo
plebano Chartas fir-
mavit. Confirmationis
exordium hoc est.
„Berchtoldus de Fa-
ringen Dux et Rector

(a) Stumpfius in Chron. Helv.
Lib. VII. cap. 30. male posuit
A. 1185.

(b.) Simlerus in Vallesia pag. 132.

„ Burgundia Dei et
„ Imperiali gratia
„ Turegici loci legitimus
„ Advocatus, quod Kast
„ foget dicitur (c.)
Bertholdum hunc cum
Friderico I. Imp. expe-
ditionem sacram A. 1188
in Syriam suscepisse
atq; post mortem Im-
peratoris A. 1190. cum
Adelberto Habsburgico
in Germaniam redisse
Guillimannus (d.)
perforibit.

Bertholdum, Merania

(c.) Hottingeri Historia Ecclesie
Tom. VIII. pag. 58. Qualschli
memorabilia Tigurina. pag. 195

(d.) Habsburg. L. IV. cap. 1. p. 312.

Ducem, expeditioni huic
interfuisse, apud scri-
ptores reperio (c) at Za-
ringensem non reperi.

Bertoldi nomen
Guillimannum in-
duxit, ut eum pro
Zaringo haberet.

Hermannus 3. Mar-
chio Badenſis Impe-
ratorem comitatus
Antiochia mortuus,
atq; ſepultus eſt.

Apud Germanos et
Italos omnia turbis

(c.) Bunau in vita Friderici I,
pag. 316. ſcriptores illos
profert.

et factionibus tum
plena; Gibellinis et
Guelfis internecina
inter se caecentibus
odia. Nec minus
turbata in Helvetia
res, ubi Brocerum in
Faringios odia sem-
per fervebant.
Insitus Bertoldis erat
amor justitiae et na-
tiva quaedam severitas,
qua Broceribus displicuit
Burgundis;
germanum indignatus
Rectorem, cui Nobiles
illius ora libertatem
immunitates atque Jura
Burgundia pertinaciter

opposuerant; ab omni
 Germanorum Imperio
 liberos se esse arbitrati,
 et sub specie libertatis
 in debiliores exercen-
 tes tyrannidem; inter
 se ipsos quoque semper
 discordes bellisque inte-
 stinis impliciti.

Efrenatam hanc Bri-
 morum licentiam,
 ut Bertoldus reprime-
 ret, Minnidunum^(a) et

(a.) Gall. Moudon. Germ. Mildan.
 Itinerarium Antonini a
 Mediolano Moguntiatum
 per Alpes Minnodunum,
 vel ut alii Codices habent,
 Minnidunum collocat.

Ebrodunum, (b) loca
Romanis jam nota,
instauravit; (d) Burg-
dorfium vicum munivit.
Ut vero inter Burg-
dorfium et Friburgum
Uchtlandia, quod pater
ejus condiderat, medius
quidam locus constitui-
tur, cujus ope commodius sit

(b) Yperdun. Tabula Theodos.
Ebrodunum inter Arriorem
et Aventicum Helvetiorum
ponit. Veteres Notitia provin-
ciarum ac Civitatum Galliarum
in Maxima Sequanorum Castrum
Ebrodunense, Ebridunense, Ebro-
dunense produunt.

(d) Guilliman. Habsburg. ^{Li. V.} ~~vocat~~
pag. 199.

(e) Romanice Berthou vocatur
supra portam oppidi hac inscripta
posita: Berchtoldus Dux Farin-
gia, qui vicit Burgundiones
fecit hanc portam. Wagner-
Mercur. Helvet. pag. 58.

invicem auxilia ferrent,
 si Comites, Dynasta et
 Milites ex Castris suis
 prorumperent in penin-
 sula colle Bernam ex-
 struxit, quam circum-
 fluens Arola, murus,
 fossa et propugnacula
 contra hostium insultus
 defenderent.

Extremitatem collis,
 in longitudinem porrecti,
 Castrum Nideck clau-
 debat. Arborea
 silva, colli imposita,
 in domos conversa fuit.

Wernerus Rolevinck
 seculi XV. scriptor,
 condita Berna a. 1191.

assignat. (f.)

Epocham hanc secutus
est Anonymus auctor
Inscriptionis, qua in
majore Bernensium
ecclesia, D. Vincentio
dicata, legitur:

In memoria monu-
mentum perpetua
Berchtoldi V. Farin-
gia Ducis fortiss.
urbis Berna Con-
ditoris inclytis.
P. Patria illustris.
Senatus Bern. G.
L. R. P. MDCXI.
Frid. I. Rom. Imp.
Ber. cond. (f.)

(f.) In Fasciculo Temporum ad hanc

(f.) Wagner Mercur. Helvet. p. 119

Moneta quaedam ar-
gentea eundem annum
Berne natalem assi-
gnat. In ea Ursus
cum bicipiti aquila
comparet et inscriptione:

Moneta no. Bernensis.

In altera parte legitur:

DUX BEACHT. ZERZURGE.

CONDITO. BERNENS.

Anno D. 1191. Sed

nummus hic, quem *frufius* (H)

producit, junioris aetatis

est, quod aquila biceps

facile declarat.

Auctor libri: Etat et Delices
de la Suisse Tom. 2. pag. 79. ponit
a. MCXI. sed in utraque epocha
error est. Fridericus 1. a. 1190.
perit; Fridericus 2. non nisi a.
1212. Imperium accepit.

(H) Annal. Suev. Bart. 2. l. 12. p. 506.

Bertoldus nova urbi
nomen Berna imposuisse
creditur, quod in eo loco,
ubi fundamenta ejus
jaciebantur, ursus fue-
rit repertus. (9)
Verisimilius est, ex Ber-
toldi conditoris nomine

(9) Ita Stettlenus in Chron.
pag. 5. ingeniosior est conjectura
Illustris Watterilij Hist. de
la Confederat. Helvet.
Lib. 2. pag. 94. qui a voce
Bar nomen urbis Bern
derivat. Bar locum iudicii,
pratorium significat
vid. Wackleri Glossar.
Castrum Nideck, prope quod
Berna fuit astructa, sedes
erat frequens Faringensium
Burgundia Praefectorum
et iudicum.

illud fuisse petendum, quod
 et de Romanica appella-
 tione Berthou, qua
Burgdorfum oppidum,
 ab eodem Bertoldo con-
 structum, denotatur
 verisimile.

A. 1197. Henricus VI. Imp.
 fratrem suum, Conradum,
 Ducem Suevorum, cum
 exercitu misit contra
 Bertoldum Faringum.
 Conradus in expeditione
 hac obiit Durlaci;
 in Monasterio Loricensi
 sepultus. (h)

Imperator ergo alteri

(h.) Urspesz. p. 253.

fratri, Philippo Suevia
Ducatum concessit,
et paulo post mor-
tuus est.

Philippus in Hagenov
si Conventu animum
prodidit cupidum re-
gnandi, Imperii insi-
gnia in manibus
tenens. (l)

Sed Otto de S. Blasio
(m) ad. d. 1198. annotat,
quod Coloniensis et
Trevirensis Archiepi-
scopi, ut et quidam

(l) Philippus in Epistola ad Innocent.
8. apud Natal. Regist. Negotior.
Imperii num. 136. pag. 747.

(m) In Append. ad Ottonem frid.
Cap. 46.

Episcopi una cum Henrico,
 Palatino Rheni, voca-
 verunt Bertoldum,
 Faringia Ducem, ut
 cum in Regem elige-
 rent. Venit hic
 dicto die Coloniā,
 sed intelligens Henrici
 VI. filium, Fridericum,
 tenera licet aetate,
 jam alibi a multis
 electum esse, tempus
 sibi sumpsit delibe-
 randi. Profectus
 obsides reliquit, re-
 versurum se die consti-
 tuto promittens,
 sed non rediit;
 obsides pecuniam, quam
 sub conditione promiserat,

solvere coacti sunt.
In locum Bertoldi nostri
electus est Otto IV.
filius Henrici Leonis,
frater Henrici, Comi-
tis Palatini ad Rhenum.
Bertoldus vero non in
partes ejus, sed Philippus
Suevia Ducis trans-
iit.

Hac summa eorum
qua Otto de S. Blasio,
tempore illius scriptor
memoria reliquit.
Conradus Urpberg.
hac de re ita:
Bertoldus Dux
Saxoniae tunc

„ denominatus fuit in
 „ Regem, non propter
 „ hoc, quod iustus pos-
 „ set esse videri, aut
 „ diligere veritatem
 „ sed propter hoc quia
 „ pecuniosus videbatur,
 „ cum esset avarissimus
 „ et omni iniquitate
 „ plenus. Hac
 „ Urspergensis Gibelli-
 „ nis fauentior, quam
 „ Blasii Guelfis. Paulo
 „ scripti post addit: „ Attamen
 „ quid, cum Praefatus Dux
 „ Urspergensis Zaringia diffidere
 „ coepisset de expensis,
 „ ad obtinendum im-
 „ perium necessariis,
 „ rediit ad gratiam.

„Regis Philippi, accepit,
„ ab eo beneficia, qua
„ sibi conferre curavit,
„ et hominum sibi
„ fecit et fidelitatem
„ et vades etc.

Bertoldi V. electionem
vere peractam esse,
indicare videtur, non
modo hac Conradi
Urspergensis narratio
sed et Conradus de
Fabaria, (n) qui tradit
nonnullos Philippum
alios Bertholdum de
Zeringem, alios Ottonem
Ducem Saxonia ele
gisse. At Godofridum

(n.) de Casibus Monasterii S. Galli cap. 7. in
Goldasti Scriptor. Rer. Alemannicar. p. 79. edit.
Jen. 1767.

Coloniensem, & Synchro-
num testem, si audiamus,
in eo erant Principes fa-
ctiones illius, ut opus

(fo.) A. 1198. ubi rem ita enarrat:

Coloniensis et Trevirensis Duci
Bartolfo de Faringen fidem
fecerunt; quod ipse repa-
trians exercitum suum du-
ceret, et statuto sibi die
Andernacum rediret, eum
sibi remota omni dubita-
tione Regem crearent.
Hoc et ipse promisit et
juravit et insuper obsides
dedit. Designato igitur die
cum apud Andernacum
ab Episcopis et omni mul-
titudine cum apparatu et
desiderio maximo expecta-
retur, ecce rumor pessimus
et ejus ignavia dignus
innotuit, ipsum scilicet

electionis Andernaci
perficerent, quum nuntius
illis allatus est, cum
Philippo transegitte Ber-
soldum, ita quidem, ut
XI. mille marcas argenti
in pramium acciperet,
princeps avarus, qui
impensarum in rem
dubiam pertusus, jam
6000. marcas in hoc
negotium impenderat.
Philippus in Regem ele-
ctus ipse ad Innocentium
III. Pontificem scripsit

cum Duce Suevia concordasse
et ut ipse regno et electioni
renuntiaret, XI. millia mar-
carum et Ducatum ab eo
accepisse. Freher. Scriptor.
Tom. I. pag. 363. edit. post.

In verba: Berchtoldus
 pro electionis nego-
 tio plusquam sex
 millia marcarum
 expendit. Qui cum
 post multam hanc
 expensam in negotio
 processum optatum
 habere non posset,
 ipse tanto labori
 et futuris expensis
 se subtrahens ab
 incepto negotio con-
 tuit. (P.)

Bertoldum sane in ele-
 ctionem consensisse
 Philippi, testantur

(p.) Baluzij Registrum de Nego-
 tio Imp. num. 136. p. 747.

litera Principum ad
eundem Pontificem, in-
dignantium, quod Ponti-
ficis legatus electoris
et cognitoris personam
in Philippi electione
sibi arrogasset, quum
nulla in hoc negotio
ne ipsi quidem Ponti-
ficii competat potestas.
In literis his inter
Principes, qui Philippum
elegerunt, Bertoldus
quoque Dux Faringia et
Rector Burgundia no-
minatur. (pp)

(pp) Baluzii Registrum de Ne-
gotio Imp. n. 61. ad. alia lite-
rum principum ad Pont. n. 14. ejusdem
serenioris, in quibus Faringia
quoque, hinc inter proceres
Philippo adherentes, mentio fit.

Rescripsit Pont. literis
 ad Bertoldum nostrum,
 datis, quibus Principum
 objectionibus ample re-
 spondet, et Bertoldo
 persuadere conatur, ut
 desertis Philippi partibus,
 Ottoni adhaereat, cum
 et tu, inquit, nobis saepe
 per literas tuas duxeris
 suggerendum, ut eidem
 Duci (Philippo) nulla
 tenuis foveremus.
 Haec est arrogans illa
 Decretalis Epistola,
 in qua Innocentius 3.
 jus examinandi Regem
 electum et in imperium
 promovendi sibi vindicat. (m)

(m) Baluz. Registr. n. 62. p. 715.
 et Decretalium lib. 1. Tit. VII. cap. 34.

Extant et aliae nonnullae
epistolae, partim vivo
Philippo, partim post
eandem ejus, ad Ber-
toldum directae, in
quibus studiosè id agit
Pontifex, ut Bertoldum
a contraria factione
ad amplectendas
Honoris IV. partes
permoveat. (n)

Post hæc Philippi Impera-
toris partes, non sincere
secutus est Bertoldus.
Ipsum Innocentium 3. (q)
testem produco, qui in
litteris ad ipsum
Bertoldum ita scribit:

(n) Baluzi Registr. n. 98. 159. 171.

(q) Litteræ episcopi ad Ducem Faringia ex-
tant in Registro de Negotio Imperij n. 11.
p. 707.

Meminimus, nos olim
 tua Nobilitatis literas
 recepisse, quibus nos
 monebas humiliter,
 et efficaciter inducebas,
 ne nobili Viro, Philippo,
 Duci Sueviae, super facto
 Imperii praestaremus
 assensum etc. Nos
 autem ex his intellexi-
 mus mentem tuam
 videlicet quod etsi
 ei favere forsitan tum
 propter ejus potentiam
 tum propter vicina-
 tem et alias circum-
 stantias videreris,
 ipsi tamen animo non
 favebas. Consequitur ex his, Bertoldum V.

Pontificis Romani
partibus ex animo fuisse
addictum, et rebus suis
diffisum, Philippi Suevi
partibus adhaesisse ad
tempus, ne Philippis
in Suevicas et Bris-
govicas ejus terras
irrueret.

A. 1201. Bertoldum v. Selda
advocatum fuisse, Acta
Seldensia Abbacia D.
Petri in Nigra silva nos
docent.

A. 1208. Rudolphus comes
de Thierstein, monasterio
Frienisbergensi, a paren-
tibus suis fundato, dona-

tionem fecisse scribitur,
 Ducatum Burgundia
 potenter regente Duce
 Berchtoldo. (a)

A. 1208. Advocatiam Abba-
 tia S. Galli operose am-
 bivit Bertoldus, et
 quidem pro se et descen-
 dentibus suis, si quos
 habiturus esset.

Verum abbas Ministe-
 rialium consilio usus,
 qui nimiam Ducis for-
 midabant potentiam,
 ejus petatum rejecit,
 quod Conradus de Sa-
 baria (b) improbat.

(a) Tabularium Bernense.

(b) de Casibus Monast. S. Galli cap. 8.

Circa idem tempus Innocentius III. (b.) Bertoldum hortatus est, ut Philippum Suevi partes desereret, non obstante juramento si quod ei ratione regni fecerit, et ad partes Ottonis IV. transiret, qui tamen et ipse brevi post ab eo fuit diris devotus.

(b.) Decretali xxxiv. lib. I. Tit. m.
Decretalis hac ad Bertoldum quintum haud dubie scripta fuit. In nomine Faringia sicut variant Codices. Alii enim Caringia, alii Feringia seu Farangia, alii Laringia, alii Saringia alii Carinthia habent. Editores hanc Decretalem ponunt ad n. 1208.

A. 1210. Berchtoldus
 Faringia Dux, Dei et
 Imperatorum ac Re-
 gum dono iudex con-
 stitutus et Advoca-
 tus, qui vulgo Kaffoget
 dicitur, id est, in omne
 Thuregum Imperialem
 jurisdictionem tenens,
 Ludovici Regis acta
 et privilegia abbatia
 Turicensis concessa,
 roboravit, Imperiali
 auctoritate, qua super
 universum Thuregum,
 nos aliqz nostra pro-
 sapia decessores, in-
 quit, Dei Regum ac
 Imperatorum dono prae-
 sumus. (c) etc.

(c) Hottingeri Specul. Tigur. p. 237.

Advocacia Turicensis
ergo non tantum in
Monasteria urbibus, sed
in ipsam quoque urbem
et ejus agrum sese ex-
tendit; quare Comi-
tatus Turicensis ab
Ottone de S. Blasio (d.)
dicitur.

Bertoldus V. denique
obit A. 1218. (e.)
Friburgi Brisgovia

(d.) Cap. XXI.

(e.) In Chron. Colmar. ab initio legi-
t. Natus est (Rudolfus Habsb.) de pro-
-genie Ducis Feringia A. 1218. Cal.
→ Maj, eodem scil. anno, quo Dux
→ Feringia viam carnis ingreditur
→ universe. In annal. Colmar.
→ ad A. 1218. brevius: Dux Feringia
→ Bertoldus obit. Albertus a. 9.
Chron. pag. 99. anno huic addit die
Cal. Maji.

ubi in majori aede sepul-
tus et honoratus est sta-
tua, quae adhuc subsistit,
sed sine Epigrapha.

Quod si tamen audias
Simlerum (1) haec inscri-
ptio addita fuit:

Dum bis sexcentis ter senus
jungitur annus.

In Triburg moritur Berch-
oldus Dux Alemannus.

Naucleus (2) versus hoc
simpliciter refert, de
Epithaphio silet. (3)

Bertoldum statua fuisse
praestantis thorax ejus et
indumenta ferrea, quae
servantur Berne, ostendunt (4)

(1) In Vallezia pag. 135.

(2) Chron. C. 2. fol. 184.

(3) Bertoldus I. et V. soli ex faringis non se-
pulti sunt in Monasterio S. Petri ubi sepul-
tura genti sua destinaverat, Bertol-
dus 2. conditor.

(4) Munster. Cosmographia lib. 2. cap. 266. edit. Latin.

Virtutes ejus præsertim
justitiam, extollit Sottlerus,
omnibusq; eum præfert
Bertoldidis.

Avaritia, uti vidimus,
a scriptoribus accusa-
tur, quæ se manifesta-
vit in negotio electio-
nis suæ in Regem Germ.

Promiserat multa, dein
pœnitentia eum promissi.

Timuit impensas, quas
Cæsarea requirit dignitas.

Unde sororis filios duos

Colonia Agripp. in

Custodia prædes reliquit,

avaritia impeditus

ne illos redimeret.

Mortuo Bertoldo Lausa-
nensis Episcopus gravi

invectiva eundem rapinas,
 incendia, homicidia,
 lesiones, membrorum
 mutilationes non
 solum in laicis sed
 in clericis et sacer-
 dotibus exercuisse,
 nec malitiae suae meri-
 tis filium vel filiam
 reliquisse, scripsit. (h)

De matrimonio Bertoldi
 mirus est juniores inter
 scriptores dissensus;
 veteres enim illud si-
 lentio transeunt.
 Guillimannus, (a) et qui

(h.) Charta A. 1219. circa infra. vide Probationes.

albericus Trumfend. in Chron. Ad A. 1218. p. 499. ait, Moritur Ina Ziringua Bertoldus,
 et eius interitu et damnatione
 multa referendur auditur hor-
 ribilia.

(a.) Rerum helveticar. lib. 2.
 cap. 14. et lib. 3. cap. 8.

eum sequitur Laufferus,^(b)
conjugem Bertoldi ea
Comitibus Nohburgi
prodiisse volens.
Maullerus (c) uxorem
anonymam ex Libur-
gica Domo ei adscribit,
quem Stumpfius (d)
et Stellerus sequuntur.
Waldkirchius (e) duas
ei uxores assignat;
primam non nominat
sed alteram ex Comi-
tum quoque Liburgen-
sium stirpe prodiisse
tradit. Error de

(b) Geschichte der Schweizer.
T. 3. p. 9.

(c) Chron. B. 2. fol. 184.

(d) Chron. Helvet. lib. VII. cap. 30.

(e) Chron. Nethland. lib. 1. fol. 2. et 8.
ad a. 1191.

(f) Eidgenoss. Hist. p. 120.

Kiburgica conjugē inde
 forte prognatus, quod
 Comes Kiburgensis
 Ulricus Annam sororem
 Bertoldi V. duxit uxore-
 rem.

Clementiam, Burgun-
 dicam principem, Ber-
 toldi V. fuisse uxorem,
 ex Burgundicis duabus
 Chartis evidens est,
 quam tamen mediæ
 et juniores aevi scri-
 ptores ignorant.

Clementia hæc^(H) patrem

(H.) Genealogiam ejus vide
 apud Gallus. Memoires Sequa-
 noises. Du Chesne Hist. de
 Bourgogne lib. IV. cap. 26.
 pag. 548.

habuit Stephanum,
Aulona in Burgundia
Comitem, matremq;
Beatricem, qua filia
fuit heres Wilhelmi
r. Comitis Chalonu
ad Ararim, de qua
Beatrice doctam
Dissertationem Petrus
Franciscus Chiffletius
(1) conscripsit.

Pertoldus conjuga sua
Castrum Burgidorf et
alia illius tractus Bur-
gundia minores bona

(2) Lettre touchant Beatrice
Comtesse de Chalon 4.
Dijon 1686. adde l' Histoire
de la Ville de Chalon sur
Saône Tom. 1. p. 306.

in dotalium desti-
 naverat. Sed maritus
 sororis ejus, Egon
 de Urach, mortuo
 Bertoldo V. non modo
 Castrum hoc ex re-
 liquis dotalium par-
 tibus occupavit,
 sed et Clementiam
 in captivitatem ab-
 duxit.

Sexennio post (h.)
 Henricus VII. Ro-
 manorum Rex,
 Berna in judicio
 sedens, Clementiam

(h.) A. 1224.

in possessionem Castri
Burdorf et omnium
bonorum qua
diva memoria
Bertoldus Sua
Faringia in dote
ei contulit, mit-
tendam decrevit.
Sententiam Regis
Egon contempsit.
Post undecim enim
annos (i.) Clementia
Bater, Stephanus
Burgundia Comes,
in celebribus Mogun-
tia Comitibus Fride-
ricum 2. Imp. adivit

(i.) a. 1235.

petiitq; ab eo, ut filiam
 captivam liberaret,
 Castrumq; Brudorf
 cum reliquis bonis Cle-
 mentia tradi juberet.

Casar pro Clementia
 pronuntiavit. Quam

effectum hac sententia
 habuerit, non liquet.

Reliqua enim Clemen-
 tia fata nullum
 prodit monumentum.

Id certum ab A. 1218.

ad A. 1225. adeoq; per

totos XVII. annos eam

in captivitate vixisse,

adeoq; dotalitium

ejus omne usupaverat.

Egon ille Comes Utraci,

Burgovica Friburgi
possessor. Memora-
biles haec Faringica
historia circumstan-
tias quas ex Charta
phyllatio Dolensi Co-
mitatus Burgundia
Chiffletius modo alle-
gatus (h) produxit.

(h.) Lettre touchant
Beatrix etc. pag.
97. et 113.

Scriptores junioris avi
 Bertoldo V. duos tri-
 buunt filios, Bertoldum
 et Fridericum (a), quos
 alii (b) Bertoldum et
 Conradum appellant.
 Patrem a. 1208. adhuc
 improlem fuisse constat.
 Advocatiam enim
 S. Galli ambiens, hoc
 anno, petiit, ut ea sibi
 et masculis, si quando
 habiturus esset, heredi-
 bus traderetur. (c)
 Primus ergo filiorum
 Bertoldi, non nisi

(a.) Ita eos vocat Guillimannus
Mer. Helvet. lib. 2. cap. 14. et lib. 3. cap. 8.

(b.) Agidius Thudius *Eidgroß. Geschichten*
Bart. 1. lib. 3. p. 115.

(c.) *Lauffer Helvetische Geschichten Bart.*
3. lib. 1. p. 12. — Advocatia S. Galli
tum vacabat morte Philippi tueri Imp.
qui a. 1208. occisus est. Conradus
de Fabaria Cap. 8. ait: Hoc pastoris Advocatiam
sibi suoque heredi filio, et non alii, h. forte fi-
lium, quem tunc non habuit, acquisisset.

post a. 1208. in lucem
prodivit; si modo filios
habuit.

Ducenti effluerant
anni antequam ab Hi-
storiciis, quantum novim
memoria proditum fuit
filios Bertoldi V. perisse
veneno, et quidem dolo
novercae (9.) Nobiliumque
Burgundicorum in-
stinctu. Additum est
Bertoldum gladio pu-
nivisse uxorem.
Eventus hos ad a. 1217.
Ischudius retulit.

(9) Huic poculum quoque
sterilitatis datum fuisse
prodiit.

Subjungitur filios Solo-
duri, ubi facinus com-
missum, in Ecclesia
Sanctana Choro
sepultos, et noverca
decapitata corpus
vel certe caput eidem
cum filius Sariophago
fuisse inclusum.

Tragici hujus Bertol-
dina Domus eventus
primam apud Conra-
dum Justingerum re-
perio mentionem, qui
Archigrammatarum
Bernensis A. 1420. Hi-
storiam Uchtlandia
scribere jussus est. (e)

(e) Helvetische Bibliothec Barct.
4. pag. 26.

Hic Nobilitati Burgun-
dica soli attribuit eadem
siletoq; noveream.
Rem tamen ut vulgi
rumoribus traditam,
prodit, cui et ipse
assenfum suum addere
videtur. Eodem
fere modo rem narrant
Stumpfius (cc) Nau-
clerus, Munsterus (g)
Crusius (gg) Vignierus
(m) Stettlerus (h) Guille-
mannus, (i) Häfnerus,
qui Nobilitate quoq; soli

(cc) lib. VII. cap. 20.

(g.) Cosmograph. lib. 2. cap. 266.

(gg) Ann. Suev. P. 2. L. 12 p. 505.

(m) Chron. Burgund. p. 142.

(h) ad a. 1191.

(i.) Mer. Helvet. lib. 2. cap. 14. et lib. 2.
cap. 8.

(l.) Solothurner Schauplatz Band 2. p. 38.

beneficium tribuunt (m)

Novercam criminis ream

facit Tschudius, (q) qui

a Comitibus et Dynastis

Burgundia eam scribit

inductam, pro vinctos,

ut tollent veneno.

Waldkirchius (r) et

nuperus rerum Fari-

ngicarum Epitomator,

Beslerus, (s) aliqz plu-

res huic narrationi

subscribunt.

(m) Felix Faber in Histor. Suer.

lib. 1. cap. 19. filios non nisi
post mortem patris a Nobi-
libus veneno sublato esse
scribit.

(q) Eidgnos. geschichten Cart. 1.
lib. 2. pag. 115.

(r) Eidgnosische Historie p. 120.

(s) Historia Ducum Faringia
Sanctiss. galasoli auctoris Romae
Graf 1751. p. 327.

Cautior Justingero est
Henricus Lupulus, Ca-
nonicus Berneus, scultus
XV. Scriptor, Chronici
urbis sua auctor, (a)
qui interitum Faringia-
gica Domus enarrans,
Noverca et Nobilium
dolor ac veneficia
silentio transit.

En verba ejus:

„ Ea tempestate Berch-
„ boldus Dux illustris
„ Faringia clacuit, hujus
„ clarissima sobolis ul-
„ timus. Nam illius
„ fatalis ab humanis

(a) Vernacule Wölflin, cujus
Chronici Codicem manu extractum
in Bibliotheca publica Turicensi
Civitatis vidi.

migratio inelytam
hujus nominis profa-
piam, sterpe truncata,
, restinait.

Quidquid hujus rei sit
duos Bertoldi filios
fuisse, qui morte natu-
rali perierint parvuli,
haud sane negabimus.
Sed qua verisimilitudine
beneficium noverca
afingas, ex quo emo-
lumentum nihil in eam
redundaverat.
Majorem horrores
gradum ut tragœdia
acquireret, cades cadi
addenda; noverca ferienda
est gladio et caput ejus

cum filiorum corpori-
bus conditur.
Quis sibi persuadeat,
patrem teneri in filiolos
innocentes a moris
plenum, scelerata
matris caput tam
caris capitibus addi-
turum et in eodem
conditurum sarco-
phago; quam reliquum
corpus infame sub
patibulo jaceret. (9)
Ursina Ecclesia Clero-
num admissurus fuisset,
ut corpus vel caput sacri-
legum conderetur in Choro.

(9) Agidius Huchudius Truncum
Noverca sub patibulo sepultam fuisse,
prodit. Attleerus (7) non
modo Caput, sed et ossa noverca cum
ossibus filiorum scribit esse reperta
A. 1544.

At ossa hac Farin-
 gensium puerorum
 Principum a. 1544.
 quum Chorus illius
 Ecclesia reparare-
 tur, effossa sunt,
 eaq; manibus suis
 tractavit Stumpfius;
 (a.) sepulcrum quoq;
 biennio post vidit
 Munsterus. (b)

Ossa tum temporis So-
 loduri reperta fuisse
 non equidem inficio.

(a.) Chron. Helvet.

(b.) Münster Cosmographia.

Sed quo patuit indicio,
Faringica gentis illa
ossa fuisse. Et si hujus
gentis fuerunt, qua
ratione judicari potuit,
offium illorum corpus
vereno, a Nobilitate
aut a Roverca pro-
pinata, perisse.

Asperit quidem Hettle-
rus (m.) ossa holoserico
panno, putredine
corrupto, involuta
certis indicis osten-
diffe, quod ossa fuerint
filiorum Bertoldi,
sed qua fuerint
indicia filet.

(m) Chron. Uchtlandia
ad A. 1191. fol. 8.

Nec certi quid nobis
 indicat Stumpfius,
 aut Munsterus, qui
 eadem ossa viderunt,
 ut modo memoravi.
 Haefnerus⁽⁶⁾ Civita-
 tis Solodurensis Archi-
 grammateus, qui A.
 1666. Chronicon Solodur.
 edidit et Magistratui
 dedicavit, nihil de
 Ossibus faringorum
 puerorum A. 1544. re-
 pertis refert, anno-
 tasse contentus, illa

(6) Solothurner Schauplatz
 Bars. 1. pag. 291. de filiis Ber-
 soldi venens occisis et in Solo-
 durensi Collegiata sepultis
 loquitur. ad Bars. 2. p. 35.
 hac addit: „Do rüßer unly
 in rüßer rüßer rüßer ob rüßer“

retro altare majus in
deaurata theca ser-
vari. At nihil epus
nostro awo compa-
ret. Nec alia
Theca, qua in San-
cti Ursani Sacristia
servatur, ullum fa-
ringia sobolis in-
dicium habet.
Examinavi haec pro-
pius Itineribus duo-
bus, quae in Helvetias
suscepi, cum et San-

velten Sacramentum huiusmodi
fuit, in Eboracae in-
rimam ganz Margulden Räst
wider Pärflain dat laytan Gortge
Non Järingum Berchtoldi V.
glonau jünge haxslin vider Pöf-
rum der Adel mit gife Vorgeban.

Ursanam Ecclesiam
 et epus Thesaurum
 ac Bibliothecam Solo-
 duri inspicerem.

Inspectio me docuit,
 Hassnerum ipsum
 in descriptione sua
 aberrasse a vero,
 quod et nuper Schedij
 hac super re ad me
 missis ingenue te-
 status est Ecclesia
 San Ursana Ca-
 pellanus Hermannus,
 patria sua antiqui-
 tatum curiosus.

Itaque, si dicendum
 quod res est, omnis
 illa de toxico Bertol-
 dis pueris propinato.

narratio a Faringia Domus
faustoribus, in odium
Burgundicorum nobi-
lium, conficta videtur
prouti seculo sequenti
Cybellini Henricum
VII. Imp. a Guelphis
in Italia venens quoz
occisum fuisse clama-
verant. Filios
(si modo habuit) cum
amississet Bertoldus,
ultimus sua gentes
futurus, rumorem de
veneficio exoriri
potuisse minime mi-
rantur, qui novant,
quam pronum sit
ad temeraria judicia
vulgas, magna ubi

concidit Domus.

Fringica Interitus
 quo majus apud nobiles
 Burgundos excitaverat
 gaudium, eo major
 indignatio in Civita-
 tibus orta, quae suas
 Fringis debuerunt
 origines. Apud
 Bernates praesertim,
 quorum Urbem contra
 Nobilium tyrannidem
 Bertoldus nuper ex-
 struxerat, quae suis
 jam defensoribus
 privata, sinistros
 contra nobilitatem
 rumores tanto faci-
 lius arripuit, quod
 nascenti huic urbi,

vindictam in Nobiles
Bertoldus commendasse
factabatur.

Nobiles hos bellis pro-
fecto strenue persecuta
est Berna; ruinis eorum
potentiam suam super-
struens. Manibus
Faringorum immolato,
fuisse Burgundia No-
bilibus non potuit non
esse rumor puerundus
et gratus Bernae
victrici, qua Bertoldo
v. suas debet ori-
gines.

Ceterum charta illa
duae Dolenses, quas supra
memoravi, omnem de
Bertoldi filius beneficio

sublati traditionem filiorum
evertunt.

Quodsi enim Clementia
marito suo, Bertoldo V.
fuit superstes, tragœdia
illa uxoris occisa non
reperit locum.

Filios illa duos pepe-
rerit marito, qui natu-
rali morte defuncti
rumoribus falsis de-
derint occasionem.

Quam temere autem
a Stumpfio afferitur,
veneficium hoc Solo-
durensibus locum
dedisse, ut conderent
legem, ne matres filio-
rum possent esse here-
des.

Quid, quaso, utilitatis
redundavit ad uxorem
Bertoldi; filiis veneno
sublatis.

Illi autem, qui post
extinctos Faringia Dutes
eiusdem nominis Milites in
Chartis Alsaticis occurrunt,
Heccelo de Feringen, qui trans-
actionem Abbatis Murbac. cum
Chirreti Comite a. nos. signavit,
Cunratus de Feringen, qui
Rudolfi Habsb. superiores
Alsaticae Landgravi, Chartam
qua proprietates hic suas in
Northus Ecclesia argent. in
feudum obtulit a. 1258.
testis subscripsit
inter Ganerbios

Faringia Castri haud
 dubie referendi sunt,
 de quo Ganerbia
 tu differimus in-
 fra.

Genealogica hac Ducum
Zaringia series firma
Chartarum et Histori-
corum innititur
fide.

Convertere tamen eam
nuper visus est Illu-
stris reum Helvetica-
rum Scriptor, qui novo
et ingenioso Systemate
Bertoldos nostros
quinque discepsit,
primum, qui Carin-
thia Dux fuit, re-
secat, eorumque stem-
ma ita disponit,
ut a Transjurane
Burgundia Helvetica

Regibus Rudolphis
 originem eorundem
 derivet.

Schema hoc Ru-
 dolphum, Conradi,
 Transjurani. Regis
 fratrem, Faringen-
 sibus latorem assi-
 gnat. Marchio-
 nes Badenses à
 Bertoldo I. Carin-
 thia Duce quidem
 derivat, sed cum
 cum Faringia Du-
 cibus commune nihil
 habuisse arbitratur.

(9)

(9) Mercure de Suisse
 ad A. 1746.

En Schema epus Faringicum:
Rudolphus II. Rex Burgundia Trans-Jurana

Conradus, Rex
Burgundia

Burchardus
Archiep. Lugd.

Rudolphus Dux memoratus in
fundatione Patern. Monast.
circa a. 966. apud Guichenon.
Bibl. Seb. p. 25.

Rudolphus III.
Ignarus.

Bertoldus Comes, qui
Chartam Rudolphi III.
Regis de a. 1016. firmavit
apud Guichenon. Histoire
de la Savoie Tom. III.
pag. 3.

Rudolphus Comes, qui cum
Bertoldo Comite, conjunctim
occurrit in ejusdem Regis
Charta de a. 1014. apud Gui-
chenon. loco alleg. pag. 2.

Bertoldus II. Dux Faringia,
idem, qui cum Rudolpho
patre memoratur in Di-
plomate a. 1076.

Conradus Rector Burgundia

Bertoldus III. Dux Burgundia

Bertoldus IV. Faringensium
ultimus.

In Schema eius Ba-
dense:

Landolus, frater Ratbodi
Habsb. Satoris

Bertoldus I. Dux Carinthia
ab Henrico IV. Imp.
dignitate privatus.

Bertoldus II.	Hermannus Badensium Sator.	Gebhardus Episcopus Con- stantiensis.
---------------	----------------------------------	---

Systematis hujus novi
fundamentum in Charta
A. 1076. quaritur; in
qua donatio Rucggisber-
genfi minoris Burgundia
Monasterio per manum
Bertholphi Ducis facta
fuisse dicitur, interveni-
ente patris Rudolphi
Ducis auctoritate,
unde novi Systematis
auctor induxit, Prin-
cipes illos ex Regum
Burgundia sanguine
procreatos, Faringen-
sium, Burgundia Ducum
extitisse factores.
Verum enimvero indu-
bia nos docent testimonia,

Rudolphum illum Ducem,
 cujus in isto diplomate
 mentio fit, ipsum esse
 Rudolphum Anti Cæsa-
 rem, Suevia Ducem, ex
 Comitum Rinfeldensium
 genere ortum, qui filium
 quoque habuit Bertoldum,
 in juvenili ætate a.
 1090. sine prole defun-
 ctum. (a) Rudolphus
 pater Bertoldi, præter
 Ducatum Suevia ipsum
 quoque Burgundia
 Regnum ab Agnete
 Imperatrice regendum.

(a) vid. supra. Waltramus
 Numburg. de unitate Ecclesie
 l. 2. cap. 36. ad a. 1090. „Ber-
 tolt filius Rudolphi, Regis
 quondam Saxonum, in ipso
 juvenutis sue flore defunctus
 est.

acceperat; (b) atqz, a
scriptoribus, nunc Suevia,
nunc Burgundia Ducis
axiomate insignitur. (c)
Quid itaqz mirum, inter
nobiles Burgundos fi-
lium ejus comparuisse
Beroldum, atque dona-
tioni faciendae honoris
causa adhibitum, quum
ipse pater, Advocatus
Monasterii, cui Dona-
tio fiebat, seu tanquam

(b) Waltram. Numburg. loc.
alleg. cap. 16. „Tum quidem
, erat Beroldus Dux Suevo-
, cui otium dederat Hagna
, imperatrix cum Regno Bur-
, gundia filiam suam in
, conjugium, etc.

(c) Sigibertus Gemblac. ad A. 1077
cum Duce Burgundionum
Conradus Ursperg. ad A. 1073.
Alemannia atqz Burgundia Du-
cem appellat.

Burgundia Dux suam
in hoc negotio auctori-
tatem interposuerit. (d)

Sola hac observatione
concidit omne novum
Helvetica originis Zarin-
gorum Systema. Auctor
enim ejus quum non ani-
madvertisset, Rudolphum
Rheinfeldensem, Suevia
Ducem, simul quoque ex-
stitisse Minoris Burgundia
Rectorem vel Ducem, in-
congruum ei visum est,
Burgundica Donationi

(d) Ipse Henricus IV. Imp. in
Charta cit. donationem quam
addidit, per manum Ru-
dolfi Ducis fecisse se dixit.

firmanda eum interfuisse.
Rudolpho itaq; huic suo,
qui certe Rheinfeldensis
ille Comes et Suevia Dux
fuerat; Burgundicas
non Suevicas assigna-
vit origines, cumq;
Rudolphi, Burgundia
Ducis nepotem, Rudolphi
2. Trans-Jurana Bur-
gundia Regis pronepo-
tem, sed nexu non pro-
bato, constituit.

Rudolphi autem Rhein-
feldensis, qui donationi
Huggesbergensi a. 1076.
interfuit, pater erat
Conradus vel Cuno,
ut Murensia seculi
XIII. Acta demonstrant (9)

(9) Genealogia Murensibus Actis præmissa.

Wattevillianum autem
 Faringorum Systema
 Rudolpho, qui dona-
 tioni a. 1076. interfuit,
 patrem assignat Ber-
 toldum. Sed et
 pensitet Lector, quid
 ex nova hac Genealo-
 gia, si admittatur,
 resultet.

Rudolphus, Conradi
 Burgundia Transjura-
 na Regis frater, si
 filium habuit Ber-
 toldum, an non ille
 ipse Bertoldus Ru-
 dolpho 3. filio Conradi
 extincto, patruelis
 patrueli in Burgundia

Regno A. 1022 succedere
debuisse. An stirps
Burgundia Regum
dici potuisset extincta,
masculus ille sanguis
in Bertoldis, Faringia
Ducibus sine omni
interruptione conti-
nuatus fuisset, adeoque
Faringia Duces non
modo Rectores Bur-
gundia, sed veri
Regis ejus esse debu-
issent. Quid juris
sibi in hoc Regnum,
post Rudolphi Igna-
vi mortem, Otto
Campania Comes,
Rudolphi sororis fi-
lius patrueli super-

stite, sibi arrogare
 potuisset. An fatis-
 tis ut Regi sanguini-
 nis Principibus Bur-
 gundia Proceres non
 libentius obediissent
 et promptius, quam
 illis paruerant;
 eo quod exteros re-
 putaverant, quosque
 adeo internecino pro-
 secuti sunt odio.

Necesse est ergo, ut
 Rudolphus ille
 Conradi Burgundia
 Regis frater, masculi-
 la sine prole decesse-
 rit. Et tamen filium
 ei illustres Mathevillius

assignat Bertoldum
quendam Comitem,
quem cheroniana
Charta (9) A. 1016. Co-
mitem simpliciter
nominat, atq; adeo
sanguinem, ex quo pro-
dicat, filiet.

Quo indicio patet,
Bertoldum hunc filium
fuisse Rudolphi.

Co minus hoc verisimile
est, quod in alia qui
cheronij Charta, bien-
nio ante data, (m)

Bertoldus et Rudolphus
Comites occurrunt,

(9.)

(m) A. 1014.

ita ut priore loco
 ponatur Bertoldus.
 Hi cum aliis Busgun-
 dia Proceribus Ru-
 dolpho 3. Regi dona-
 tionem suaserunt;
 non vero in eam, ut
 Regij sanguinis Prin-
 cipes consensisse di-
 cendi sunt, ut illustri
 nova Genealogia
 Auctori placuit.

Quum parum potius ve-
 risimile est, Rudolphum
 illum, qui a. 1014. Co-
 mes ^(a) dicitur, eundem

(a.) In alia Charta Rudolphi
 3. Regis Lausanensi Ecclesia
 data a. 1009. Rudolfus quoque
 et Bertulfus Comites dona-
 tionis facta auctores memo-
 rantur; Sed quum Rudolpho

esse, qui in Charta a.
1076. Dux appellatur.
Intervallum sexagin-
ta duorum annorum
hanc hypothesein
evertit. Præterea
Charta hæc a. 1076.
plane huc non per-
tinet, quum de Ru-
dolphi Sueviae Duce
in illa sermo sit
ut antea ostensum.
Sed nec Rudolphi
hujus Comitis seu
Ducis filius dici pot-
est Bertoldus 2. Za-
ringensis, quem Bertoldi 1.

in Charta hac postponatur
Bertoldus, inverso ordine
hic filius, ille pater esset
dicendus.

Carentani filium unanimum consensu declarant annales. (b)

Bertoldus autem illos duos, quod attinet, quos Lambertus Schaffnab. in Vita Henrici II. Imp. (d) memorat, quorum alterum Carinthia Ducem, Caesaris inimicum novimus, alterum amicum et affectum, Ill. Wattenwillius posteriorem hunc Faringensibus

(b.) Lambert. Schaffnab. Otto Frising. de gest. Frid. I. Imp. l. 1. cap. 9. Analista Saxo, Conrad. Ursperg. ad A. 1057.

(d.) ad A. 1077. apud Vistor. Tom. 1. pag. 423.

annumerat, atq; adeo
Rudolphi Ducis filium
generumq; Rudolphi
Anti-Casaris consti-
tuit. Verum Bertoldus
ille, Henrico Impera-
tori fidelis, ex infir-
ritate fuit nobilitate,
quum post Ulricum
de Cosheim et Eber-
hardum quendam
Regis ministerialem
a Lamberto ponatur.^(e)

Denique novum hoc
Systema Bertoldum 1.

(e) Ejusdem facina fratrem
habuit Bertoldus Lupoldum,
quem inter familiares Henrici
nominat Bruno de bello
Saxon. pag. 208. apud Freher.
Tom. 1.

Carinthia Ducem, Far-
 ringensis Domus indu-
 bium satorem, et Genea-
 logia Faringica omni-
 no excludit; Bertol-
 dum vero secundum
 qui indubius Bertoldi
 I. Ducis Carantani
 filius fuisset, ita
 dividit auctor, ut
 duas ex eo consti-
 tuat personas;
 quarum unam Bur-
 gundo-Faringica
 sua efficta Domui,
 alteram Badensi
 assignat. Ex altera
 vero parte Bertoldum
 III. primogenitum
 Bertoldi II. filium,

qui A. 1111. patri in Ducatu
successit, penitus silen-
tio praeterit; gesta
ejus patri assignat
Bertoldo, ex duabus
unam constituens
personam, adeoque,
non quinq, sed qua-
tuor modo in Farin-
gorum serie Bertoldo
agnoscit.

Inferimus hinc, Fa-
ringia Duces non
Burgundo-Helveti-
ca extitisse originis,
et nullam sanguinis
communicationem cum
Radolphis Burgun-
dia trans Jura
Regibus habuisse,

Sed uti supra osten-
 sum, ex Brisgovia
 natos Rectores
 Burgundia consti-
 tutos fuisse; primus
 ex illis Rectoratum
 gessisse Conradum,
 qui primus etiam
 bona apud Burgun-
 dos possedit; uti
 Advocatiam Helve-
 tico-Turicensem pater
 Conradi Bertoldus
 2. obtinuerat primus.
 Turba perpetua a
 Burgundis Proceri-
 bus contra Rectores
 suos, Faringia
 Ducis, peregrinam
 magis, quam Burgun-

dicam Faringorum
originem indicant.
Foediosum illis erat
extero parere.
Caesarem vero poli-
tica induxerunt ra-
tiones, ut Praetora-
tum extero potius
quam Burgundo
committeret.

Temeraria ergo Nic.
Vignierij (9.) affer-
tio est, referentis,
Faringos ex Regia
Burgundionum
stirpe se prodire
professos.

Professionem hanc

(9.) Chron. Burgund.
p. 120.

equidem in scriptori-
bus non reperi.

Illustris Perum Bur-
gundicarum nostri
avi Dunodus, (9) qui
Vesontione Cathedram
juris occupaverat,
Fringia Duce non
quidem ex Regio, at
ex Burgundicorum
tamen Magnatum
sanguine derivat,
qui post Rudolphi
3. mortem Regia
domania, terras
fiscales et suprematum

(9.) Histoire du Comté de
Bourgogne lib. 3. pag. 121.
liber ab eo editus a. 1737.

in Dynastiis suis vindicaverint, sed asserta non probat.

Nos confidenter asserimus, Faringia Duce ante a. 1127. quo Lotharius Imp. Conradum Faringum ad Burgundia Rectorem promovit, ne glebam quidem terra in Burgundia possedisse.

Faringorum Elogium.

Faringenses per Bris-
 goviam, Ortenaviam,
 Nigram silvam, Sue-
 viam, Franciam teu-
 tonicam, imo denique
 per Alemannicam
 Burgundicamq; Hel-
 vetiam opum potentes
 et auctoritate validi,
 tot urbium conditores,
 Burgundica Nobili-
 tatis flagella, Geel-
 forum Partibus fere
 semper addicti, nunc
 ad Carinthia, nunc
 ad Suedia Decatus,
 nunc ad Burgundia

et Arelatenfis, Regni
Rectoratum, deniqz
ad Imperii folium
vocati, perpetuos in
Hohenftaufis experti
funt amulos, qui
Faringis et quephis
femper infefi, com-
munem licet patriam
tres familia ifta
habuerint Aleman-
niam.

Enimvero potentia
vicina Hohenftau-
fica Domus, non
potuit non invidiam
movere Faringis,
quos ablatos per
Hohenftaufios Suevia

Ducatus urebat, quem
 bis fortuna Faringis
 destinasse videbatur.
 Fomes hic funesti
 inter duas has Domas
 odii, quod transactio-
 nibus quidem sopitum,
 sed nunquam penitus
 sublatum est.

Faringi minuendis
 Hohenstaufiorum
 opibus intenti, com-
 munita fere semper
 cum Guelfis, Hohen-
 staufiorum hostibus,
 confilia fovent.
 Unde de Faringen-
 sibus Brocense.^(a)

(a.) Annal. Trevir. Lib. XIV. p. 75.

Bertoldi Zaringenses
inquit, surrexere longa
serie fidissima Roma-
na sedi, atq; inter
schismatum tumultu,
paucis catholica
propugnatores acerrimi,
prioris Bertoldi addi-
ctissimi fuere guelfica
factioni. Bertoldus
Constantiensis (1) terras
Bertoldi I. Ducis et
Ducis Welfoni vocat
terras Ducum Catho-
licorum. Conradus
vero Bertoldi II.
filius adversus Con-
radum III. Imp. pro
(1) ad a. 1078.

amulo ejus Henrico
 superbo Guelfica fa-
 ctionis principe, arma
 corripuit, sed infelici
 bello victus, pacem
 coactus est petere.

Bertoldus IV. licet
 pluribus Fridericus I.
 Imp. expeditionibus
 interfuerit, ei tamen
 non adhaesit ex animo,
 uti patet ex epistola,
 quam pro Rudolpho
 fratre, in Archiepisco-
 num Moguntinum
 electo, ad Ludovicum
 Galliarum Regem per-
 scripsit. (c) Epistola

(c.) vid. supra in Bertoldo IV. ad A. 1060.

hac internecinum utriusque
gentis odium testatur.
Bertoldus V. denique
Zaringensium utrimus,
a Guelfica factione
in Imperatorem ele-
ctus, electioni quidem
renuntiavit, atque ad
Philippi Caesaris, adeoque
ad Gibellinas partes,
transiit, sed potentiam
Philippi eum ad id per-
movisse, ex Innocentii
III. Literis supra osten-
dimus. (d)

Insignem Bertoldorum
justitia amorem /

(d.) in Bertoldo V.

passim commendant
 scriptores. De Bertoldo
 2. scribit Bertoldus
 Constant. (c.) Bertoldus
 Dux ad faciendam
 justitiam in Ducatu
 Alemannia adeo ex-
 arsit, ut in observa-
 tione justitia omnes
 predecessores suos
 pene vicerit, et de
 hoc omnium ora pio-
 rumore compleve-
 rit.

Nobilitatem atque
 splendorem Faringia
 Domus omnia ejus avi
 monumenta loquuntur.

(c.) ad a. 1094.

Bertoldus 2. in Charta
San Petrina a. 1120. apud
Schannatum (f) praecelsa
nobilitatis vir, et in
alia a. 1126. Egregia no-
bilitatis Vir dicitur.

Otto frisingensis, Farin-
gis haud aequus, de
eodem scribit Bertoldo:

„Hujus Rudolphi (i. luc.
„via Ducis, dein Anti-
„Casaris.) filiam quidam
„ex Nobilissimis Regni
„optimatibus Bertoldus
„nomine de Castro
„Faringen habuit. (g)
„Idem alibi. (h) Conradum
„Faringium, quem Fridericus

(f) Vindem literar. Collect. 1. pag. 161. seq.

(g) de gestis frider. 1. lib. 1. cap. 7.

(h) lib. 1. cap. 26.

Suevia Dux, postea Im-
perator creatus, A. 1138.

debellaverat, fortissimum
et ditissimum Ducem.

Ducem appellat.

Et in genere de Faeingis
verba faciens, quamvis
caruerint Ducatu, rerum

tamen et honoris non

parva proferre magnifi-
centia pronuntiat. (i)

Faringorum Opes.

Faringi nimirum rei
domestica cura, traditas
a majoribus opes novis
quotidie accessionibus

(i.) de Gestis Frid. 1. lib. 1. cap. 9.

dignitatum auxerunt,
insigni praeterea virtu-
tum ac fortitudinis
laude conspicui, seculo
XI. et XII. inter prae-
cipuos Germania Proceres
comparuerunt.

Nihil majoris momenti
in imperio gestum fuit
absque Faringis.

Digni profecto habitis,
qui solio Caesareo denique
admoventur, nisi
potentia Philippi
Suevi et nimia Bertoldi
V. tenacitas fortuna
faventi obicem posuis-
sent.

Primaria Faringorum
bona in Brisgovia et
in Ortenavia fuerunt.

Ex Ortenavia in ipsam
Franciam Teutonicam,
in Alemanniam et
Burgundiam denique
se extenderunt Hel-
vetiam.

In Brisgovia mater
Principum et Landgra-
viatum insignes terras
allodiales habuisse
Faringos, vel ex ipsis
illis foundationibus
constat, quas Bertil-
lones, Faringorum
majores, passim in
Brisgovia fecisse

leguntur. ^(l) Friburgum
nobilissimam Brisgovia
urbem in ipso Faringo-
rum allodio fuisse
constructam, quam
alibi annotavimus. ^(m)

In Ortenavia quoque
Faringos habuisse bona
ex Confirmatione fun-
dationis Monasterii
omnium Sanctorum
in Nigra silva A. 1203.
cognoscitur, ubi Inno-
centius 3. Pont. ait:
, A bona memoria
, Welfone Ducis et Uta
, uxore ipsius Ducissa

(l) cf. Herrg. Tom. II. n. 24. n. 162.

(m) vid. supra.

de Schawenburg, Hu-
 gone Duce de Ullenburg,
 et nobili viro Ber-
 tholdo Duce de Jern-
 gen, fundatoris Mo-
 nasterii omn. Sancto-
 rum &c.

Præter hæc patrimo-
 nialia bona alias
 adhuc gentilitia
 terras in Suevia
 Ducatu possedisse
 Zaringos, Friderici I.
 Imp. Charta a. 1157.
 Goslaria data^(a) nos

(a) Charta hæc ex auto-
 grapho edita legitur in
 originibus Guelphicis, tom
 2. pag. 466. 199.

docet. In hac enim
Henricus Leo, Saxonia
et Bavaria Dux, ma-
ter Castrum Baden,
centum Ministeriales
et quingentos mansos,
in Suevia, quos ex
hereditate uxoris
sua Clementia,
Conradi Faringia
Ducis filia, habue-
rat, in Casarem,
qui simul Suevia
Dux erat, transtulit,
eorumque loco terras
in Saxonia accepit.
Nec praterireunda
silentio sunt Ducum
Teccensium terra,

qua allodia videntur
 fuisse Faringica Domus,
 quaeq; Adelbertus, Teccen-
 sium Lator, Conradi
 Faringi filius, genti
 sua intulit. Bertol-
 dum! sane Carinthia
 Diocem Weilkemü, in
 ipsa Teccensium ditione,
 monasterium fundasse
 jam alibi diximus. (6)

His annumeranda quoq;
 terra Badenses et Pock-
 nangenfis ille tractus
 ubi Hermannus II. et III.
 sepulti sunt.

Patrimonialibus his
 Faringorum bonis sub

(6.) Vid. supra.

Henrico IV. Imp. Advo-
catia Turicensis sub Lo-
thario II. totius Burgun-
dia et Arelatenfis Regni
Rectoratus accessit.

Turicum, Imperialis civi-
tas et propterea recta
ab Advocato Caesareo
(Reichs-Vogt.) qui praeter
Turicum et Turicensem
Comitatum, celebre
quoque Carolinum Cano-
nicorum Collegium
et Abbatiam foemina-
rum, qua dua Ecclesie
multis quoque juribus
in urbe et late in Hel-
veticis terris gaudebant,

(no.) *scriptura in* *Reichs-Vogt.* *147.*

sub Advocatia sua illu-
stri et potente complexus
est; qua in solatium
amissi Suevici Ducatus
Bertholdo 2. concessa,
usq; ad Gentem extin-
ctam (c) ad Faringos
pertinuit.

Indoles ac potestas
Advocatia Turicensis
sub Faringis.

Advocatia Turicensis
natura et indoles sub
Faringia Ducibus ex
ipsis Advocatorum

(c.) supra in Bertholdo IV.

titulis dijudicanda est:
Bertoldus V. in literis
suis Collegiatae Turicensi
A. 1187. datis ita loquitur:
Berchtoldus de Za-
ringen Dux et Rector
Burgundia, Dei et
Imperiali gratia
Thuregici loci legi-
timus Advocatus,
quod Kastroget
dicitur. (a)

In Charta Burg-
dorfü data A. 1210.
Bertoldus V. de se

(a.) Ex autographo Turic. min.
accurate Hottinger Hist.
Ecclesiast. Tom. VIII. pag.
58.

Scribit: in oppido Thu-
 ricensi et locis et
 districtibus circumquaqz
 vicinis, Imperatoris
 gratia ipsius locum-
 tenens (b) In alio
 ejusdem anni et loci
 instrumento idem
 Dei et Imperatorum
 ac Regum dono con-
 stitutus Judex et Ad-
 vocatus, qui vulgo
Kastvogt dicitur,
 id est in omne Thu-
 regum Imperialem
 jurisdictionem tenens.
 Ludovici Regis acta
 roboravit (c)

(b) Hottinger. Spec. Figur. pag. 32.

(c) Ibid. pag. 297.

Observamus in Bertoldi
hujus titulis, quod in
Chartis Turicensibus
formulam Imperiali
gratia, in Burgun-
dicis formulam Dei
gratia adhibuerit.
Forte hoc factum
quod peculiari Fri-
derici Imp. favore
gratiaq; speciali
Advocatum rece-
perit Turicensem,
quam pater ami-
serat.

Indoles Rectoratus
Burgundia.

Præter Advocatiam
Turicensem, Burgundia
quoque Rectoratum
sub Conrado ad Fa-
ringos pervenisse
supra ostendimus.
Rectoratus hic ab
initio Trans-Jurense
Burgundicum Regnum
omne, ut et Arcla-
tense respexit; sed
post transactionem
cum friderico I. Imp.
a. 1156. initam, Fa-
ringorum Rectoratus
limitatus est acutius.

Ablato enim Comitatu
Burgundia regnoq;
Arelatensi antiquo Bur-
gundia Trans-Jurensis
seu Helvetica sola
a Jura ad Montem
usq; Jovis obediit
Bertholdis; qui tractus
Pagum Aventicensis^(a)
Vaudensem^(b) Argoviam
Vallesiam comprehen-
dit; in quibus poten-
tes tum vixerant
Comites, Thunensis,
Nidwaldensis, Burg-
dorfensis, Novi Castrensis

(a) Das Uchtland.

(b) Pays de Vaud germ.
des Waas.

Comites Nidovia, Arber-
ga, Strasberga, Romon-
tū, (c) Froburgi, Bucheckū,
Montenathū, de Turre (d)
Gransonū, Falckenstei-
nū, aliūqz. Hi omnes
indigne tulerunt, ex-
terum a Cesare illis
datum esse Praefectum,
lingua moribusqz di-
versum, qui sub nomine
Rectoris (e) jura Ducis
exercuit. Unde per-
petua Faringorum
cum Brimoribus Pus-
quendicis lites et bella

(c.) Romont Gall. Remuad. Germ.

(d) von Thurn.

(e) Juntherus ait: „Maluit
„Allobrogum Berchtoldus
„Rector haberi.

„Quam Comes.

qua Triburgi et Berna
urbibus condendis oc-
casione[m] dederunt.

Primores hi indigenis
Regibus suis Rudolphis
quum non bene paruerint,
ut Wippo nos docet,
quid mirum ceteris
Rectoribus eos mala
paruisse.

Burgundicus Rectora-
tus per XC. fere annos
in Faringorum manibus
fuit, et cum illis a. 1218.
concidit. Burgundia
ergo Helvetica cum Gra-
fectura Turicensi et
reliqua Helvetia Ale-

mannica ad Imperium
 rediit, a quo successu tem-
 poris iterum fuerunt
 avulsa, Praecipuas
 Burgundici Ductora-
 tus partes Bernenses,
 Friburgenses et Salo-
 duenses jam possi-
 dent.

Larungorum in Burgun-
 dia potestas non propria,
 sed administrativa fuit.^(a)

Bertoldus IV. omne jus,
 quod super Civitatem
 Viennensem Allobrogum
 habuit, in Guidonem Andream,

[a.] Guntherus in Ligarino ait:
 „Nominis Conrado fisci concessit
 „habendam.

Delphinum a. 1155. trans-
tulit, sed Caesaris appro-
batio deinceps accepit.

Etenim Faringi Rectores^(c)
tantum et Gubernatores
Burgundia, seu quod idem
est, Vicarii Caesaris in
Burgundia erant.

Ita sane Fridericus I.
Imp. Bertoldum IV. vo-
cat in Aurea Bulla
a. 1162. Genevensi Epi-
scopo Arduicio data.^(d)

(c.) Nomen advocati, Reitoris
annotet potestatem vicariam
non propriam. Caesaris nomine
regebant provincias, ut Praefecti
Caesarei, ut Comites, Vice Comites,
Locumtenentes.

(d.) Spon. Hist. de Geneve Tom. 2.

Administrativa autem
 hac potestas simul quoque
 hereditaria fuit, unde
 multa pedetentim allo-
 dia in Helvetia Bur-
 gundica et Alemannica
 acquisiverant Feringi,
 quae deinceps ad Nibur-
 gios transierunt, quo
 oppidum Burgdorf
 cum omni suo tractu
 referendum.

Securitati et tranquilli-
 tati populorum cum
 Rectores prospicerent,
 plures in Burgundia
 ab illis exstructa sunt
 urbes. Morgam^(c) in

(c) Morges.

Antuatibus condidit,
Minidurum et Ebro-
dunum restauravit
Conradus. Filius et
successor ejus Bertol-
dus IV. Friburgum
Bertoldus V. Bernam,
Uchtlandia urbes adi-
ficarunt. Hic a. 1190.
murus quoque cinxit
Burgdorfium (*) in
cujus porta prope vetus
forum haec olim lege-
batur Inscriptio :
Berchtoldus Rex Fe-
ringia, qui vicit Bur-
gundiones fecit hanc portam. (†)

(*) supra in Bertoldo V. add. Schudi
Cart. 1. l. 2. p. 94.

(†) Wagner Exercitius Helvet. p. 58.
Etats et les Delices de la Suisse Tom 2.
pag. 208

Similis Inscriptio in
 veteri quoque turri, ab eodem
 Bertoldo adificata hodieque
 legitur.

Pectores porro belli tem-
 poribus evocati a Rege,
 copias in auxilium ejus
 duxerunt.

Bertoldus IV. crebris
 Frederici I. in Italiam
 expeditionibus interfuit,
 et ipse nonnunquam
 Ducis munia obiit. (h.)

Advocati Ecclesiarum,
 sanguinis banno licet
 investirentur a Rege,
 ipsi tamen ratione per-
 sonarum subordinati

(h.) Vid. supra in Bertoldo IV.

erant Rectori, causam
coram eo dicturi, quoties
officiū sui limites mi-
grassent. (i)

Terra quoque fiscales, ad
fiscum regium pertinentes,
suberant potestati Re-
ctoris. Rex donationem
ex ejusmodi bonis factu-
rus consensum Rectoris
adhibebat. Ita sane
Henricus IV. Imp. Mona-
sterio Ruggisbergenfi
minoris Burgundia, non
nisi consensu Rudolphi Ducis
et per manum ejus donasse
scribitur. (l)

(i) Conf. Privilegia Ecclesia Interla-
censi a Lothario et Conrado Imperato-
ribus concessa.

(l) Conf. Charta Henrici IV. Monasterio
Ruggisberg. data A. 1076.

Conradus quoque Imp.
 Ecclesia Interlacenfi
 fiscalia quadam bona
 collaturus, consensum
 ante Ducis expetit,
 et ita demum a pote-
 state ejus deliberata
 Ecclesia Interlacenfi
 donavit. ^(m) Rector
 tamen, facta donatione
 Ecclesia, Advocatiam
 in bona donata non
 nunquam retinuit. ⁽ⁿ⁾

^(m) conf. Privilegium Conradi III.
 Imp. Ecclesia Interlacenfi
 datum a. 1146. et aliud
^(l) Frid. I. privilegium de a.

⁽ⁿ⁾ conf. Privilegium modo
 citatum.

Sic et feudorum in
Burgundia concessio
quandocumque a Reatore fir-
mata est. Burcardus
Salodorensis Praepositus
et epus Confratres a.
1181. feudum dederunt
Ulrico de Novo Castro.
Bertholdus IV. donatio-
nem firmavit. (o)
Burgundi denique Chartas ubi
expediverunt, addito
quoque fuit mentio
Ducis. Litera
fundationis mona-
sterii frienis bergensis
a. 1181. scripta, dicuntur
Ducatum Burgundia

(o.) Schudi Chron. Helv. pag. 90.

nobiliter regente Duce
Conrado. Rudolphus
 de Spierstein mona-
 sterio friesnisberg.
 A. 1208. donasse scri-
 bitur, Ducatum
Burcundia potenter
 regente Duce Berth-
oldo.

Laringia Ducum
Cientes.

Inter Cientes Bertoldi
 IV. Ducis Laringia in
 Charta A. 1152. (a)

(a) vide supra.

(a) vid. Document.

recensentur:
„ Odalricus de Alomar,
„ Wernherus de Roggenbach.
„ Wernherus de Ainfelden,
„ Dapifer et frater, ejus
„ Gerhardus. Walthe-
„ rus de Fachwangen,
„ Cono de Blanckenegh
„ cum aliis quam
„ plurimis.

Clementia, Conradi
Ducis filia, a patre
dotis loco adeoq;
inter alodia Ministeria
les centum acceperat, uti
annotat Charta a.
1157. . . qua illos in con-
cambium Friderico I.

Imp. dederat Henri-
cus Leo. (6)

Faringia Ducum
Tituli.

Faringia Domui Titulum
Ducalem intulit Ber-
soldus 1. ex quo spem
in Suevia Ducatum
ab Henrico III. Imp. atq;
deinceps Ducatum Ca-
rinthia ab Henrico IV.
obtinuit. Axioma
hoc, ablato quoque

 (6.) Vide supra.

Carinthia Ducatu, Bertol-
dus retinuit et ad posteros
propagavit.

Burkardus Monachus
S. Galli ^(m) seculi XIII. Scriptor

Bertoldos 1. et II. ^{dum} ti-
tulo Marchionis pra-
fracta insignavit, forte
quod Marchiones Ba-
denses, ipsorum nepotes,
Marchiones quoq, axiomatic
insignitos conspexit.

Carinthia vero Ducis
axioma Bertoldus pro
seculi sui more, quo gen-
tilitia nomina nondum

[m.] de Casibus Monasterii S. Galli
cap. 7. apud Goldast. Script. Rer.
Alemann. Tom. 1. pag. 68.

invaluerant, non gefsit.

licet in Annalibus di-
 stinctionis cauffa hoc
 nomine infigniatur.

Sed nec pofteri ejus Ber-
 toldus II. Bertoldus III.

Conradus et Bertoldus IV.

Carinthia Ducis titulo
 refi sunt. Ufos tamen

effe afferit Erasmus Froelich
 in Archontologia Ducum
 Carinthia. (a) Verum

Charta, quas allegat,
 corrupta sunt. (b)

Etant quidem Scriptores,
 qui Bertoldos, Bertoldi I.

(a) pag. 26.

(b) Ut ipse faletur Froelich pag. 44.
 Annalista Saxo hinc inde. Chron.
 S. Bantaleonis ad a. 1106. 1114. apud
 Ottard T. 1. p. 924. 926.

nepotes, Carinthia Duces
appellant, sed hoc nomen
Faringia et Carinthia
decepit affinitas, ita
quidem, ut Faringia
nomen ex Carinthia
Ducatu Bertoldis in
habisse existimarent.
Axioma Faringia Ducum
quo praesertim insigniuntur,
ante Conradi tempora
non occurrit in Chartis.
Bertoldus l. nunquam
Faringia se Ducem voca-
vit, nec a coetaneo Scri-
ptore vocatus est.
Lambertus Schaffnaburg.
eum vel simpliciter Ducem,
vel Carinthiorum

Carentanorum Ducem
 appellat. Juniores tamen
 omnes eum Faringia nun-
 cupant Ducem, quum
 nec ipse, nec filius, nec
 nepos, gentilitis hoc
 nomine usi sint.

Ante A. 1120. nusquam
 Faringia nec in Chartis
 nec in idoneis scripto-
 ribus mentio fit.

Otto Frising. ^(a) quidem,
 qui A. 1058. decessit,
 Bertoldum (Bertoldi l.
 filium) de Castro
 Feringen Rudolphi Anti-
 Casaris filiam in mati-
 monio habuisse scribit.

(a.) de Gestis frid. l. lib. l. cap. 7.

Albertus Argens. in Fragn.
Urstifiano (b) quoque Ber-
toldum de Zeringen,
Ducem Suevia electum
fuisse annotat, sed uterq[ue]
per proleptin. cum ita
vocavit.

Acquisito denique Burgun-
dia Rectoratu titulus
Rectoris Burgundia
Zaringis accrevit,
quo nomine ab ipsis Im-
peratoribus plerumq[ue]
in Chartis insigniuntur.
quin et ipsi in sigillis
Burgundicis hoc titulo
usi sunt. (m)

(b) ad A. 1092.

(m) Conf. sigillum Bertoldi IV. quod adje-
ctum est Charta a. 1157. Attalipensis data,
ubi legitur: Berchtoldus Dux Zeringia et
Burgundia Rector

Ubi ergo Duces et Rectores
Burgundia conjunctim
 vocantur, axioma Ducis
 cum Burgundia proprie
 conjungi non debet, cum
 diu ante acquisitam
 Burgundiam Ducis ti-
 tulo usi sint. Rex
 ellypsin tamen non
 nunquam Burgundia
 se Duces ^(a) scripserunt
 uti et ipsum Burgundia

(a) Conf. Epistola Bertoldi IV.
 ad Ludovicum Galliarum Regem
 apud du Chesne. Rudolphus
 quidem Sueviae Dux, qui regnum
 quoque Burgundia ab Agathe Im-
 peratrice acceperat, hinc inde
 jam Dux Burgundia a scriptori-
 bus appellatur, sed errori ori-
 ginem dedit Sueviae Ducatus,
 quem cum Regno Burgundia
 Rudolphus tenuerat.

regnum a gentilitio
hoc Faringorum axio-
mate, quandoq; in Char-
tis Ducatus ^(b) nomine
venit, formulam Duca-
tus licet nunquam in-
duerit, sed constanter
appellatum fuerit Re-
gnum Burgundia vel
Arelatense, postquam
hoc cum altero fuerat
coniunctum.

Ipse Fridericus I. et Caro-
lus IV. Imperator, Reges
adhuc Arelatenses coro-
nati fuerunt. ^(c)

(b.) Conf. Charta fundationis
Monasterii Fricnisberg. de A. 1121.
et alia Charta donationis, eidem Mo-
nasterio facta A. 1208.

(c.) Elector Trevirensis vocatur Archie-
Cancellarius per Regnum Arelatense.

Faringia Ducum
Insignia Genti-
litia.

Gentilitia Faringia Ducum
 Insignia noscuntur ex
 Charta A. 1157. qua Ber-
 toldus IV. Abbatiam Ci-
 sterciensium Alta-Ripa^(a)
 a pedagiis et teloniis li-
 berat, cui sigillum appen-
 sum est cereum, in quo
 scutum rotundum, quod
 exhibet leonem aureum
 in area rubra a dextra
 salientem ad sinistram.

(a.) Haute-Rive in Hel-
 vetico friburgensium
 Pago.

Ejusdem forma est aliud
Bertholdi IV. sigillum, quod
litteris ejus ad friburgen-
ses, pro immunitate Mo-
nasterii Alta Ripa
datis, e. a. 1179. adheret.
Leonem rubrum, auro
coronatum, in area
argentea Landgravia
tus Brisgovici insigne
fuisse, arbitratur
Spenerus. (9)

Sed sigillum Alta Ripa
Spenerum confutat.
Faringos Brisgovia
fuisse Landgravios
nulli dubitamus.

(9) Operis Herald. Part. Spec.
lib. 2. cap. 4. §. 2. p. 380.

Bertoldus autem IV.

Burgundia Rector, cui
Landgraviatus Brisgo-
vici sigillum Burgun-
dica adpenderet Char-
ta.

Dicendum ergo, Leonem
Faringica gentis fuisse
Insigne, quo Bertoldi
ut Dynasta Faringi
gentilitio ut et Bir-
tilones sunt usi, uti
sigillum Birteloni
Charta fundationis
Sultzbergensis Mona-
sterii, cuius authenti-
cum exemplar in Tabu-
lario Episcopatus Basil.
Brundrusi inspeari, me

docet. Sigilli hujus
Typum ari incisum
exhibeo.

Tradit porro Spenerus
plura quae monumen-
torum fide destituan-
tur. Ait enim se
legisse, Landolinum
et Bertilonem, Gund-
ramni Divitis filios,
circa millesimum
annum in sigillis
fundationis Sulzber-
gensis Cocnobii com-
parare Leonem co-
ronatum, cauda bis-
ulca et in pavoninas
oculatas pennas

terminata: Pergit
porro:

- Apex protome Leonis
- „ rubei coronati cuius
- „ collum et dorsum
- „ ornamento denta-
- „ to asperatur,
- „ cuius singuli dentes
- „ pavoninis pennis
- „ ornantur; cui apici
- „ postea succedere
- „ duo cynorum colla
- „ et capita.

Sed Somnia nobis nar-
rat Spenerus, quando
haec legisse se scribit
nec tamen prodit
auctorem.

Ornamentorum huius

generis nihil, in sigillis
Bircelonis et Bertol-
domum occurrit.

Ceterum genuinas re-
rum qui norunt ori-
genes, illis jam pridem
innotuit, Gentilitia
vel hereditaria
Nobilium sigilla
Bircelonis aro non
dum invaluisse. (9)
Et illa quae paulo post
Bircelonem in usu
esse coeperunt, simpli-
cissima fuerunt;
santi ornatus, qualem

(9. seculi XI. pactus sunt
Heinricus de sigillis Part. 1. Cap. 10.
n. 30. pag. 131. et Part. 2. Cap. 4.
n. 4. pag. 215.

Spenerius allegat igna-
ra.

Zaringorum Sedes.

Primi Zaringia Duces
Brisaci et in Castro
Lyntberg, haud procul
Hirsaugia, atq; dein-
ceps in Castro Zarin-
gia. Florentibus
eorum in Helvetia
rebus, sedem suam
saepe habuerunt.
Saloduri, quandoq;

Burgdorfii. (a)
Bertoldus IV. in Suevia
Uberlinga (b) habi-
tauit nonnunquam,
ut ex Charta A. 1152.
apud Schannatum (c)
apparet.

(a.) Joachimus Vadianus
de obscuris Alemannicorum
verbor. significationibus
in Goldasti Scriptor. Her.
Alemann. Tom. 2. p. 63.

(b) Knipschild de Civit. Imp.

(c) Vindem. liter pag. 163.

Ceterum singula ex
 Bertoldis Zaringicis
 aliquid singulare ha-
 buerunt.

Primus Genti sua intu-
 lit Ducis axioma.

Secundus Advocatiam
 Turicensem accepit.

Tertius condidit Tri-
 burgum Brisgovia.

Quartus Rectoratum
 Burgundia accepit.

Bertoldus IV. Helveticam
 Triburgum extruxit.

Bertoldus V. fuit con-
ditor Berna.

Primus in Monasterio
Weingartenensi, postre-
mus Friburgi in Ec-
clesia Collegiata se-
pultus.

Reliqui omnes cum
prole sua in San-
Petrina Nigra silva
Ecclesia, qua Farin-
gensium sepultura
a Bertoldo 2. de-
stinata fuit, con-
diti sunt.

Nihil tamen ex
 Monumentis hujus
 Familia ibidem
 superest, quod omnia
 Abbacia illius adi-
 ficia pluries flammis
 perierunt.

Nescio qui factum,
 ut Besterum ⁽¹⁾ scri-
 pserit, plerosque Ber-
 toldos sepulcra
 sua habuisse Sult-
 berga, nullus eorum
 quum ibi fuerit
 sepultus.

(1) Hannover. Anzeigen
 A. 1751. pag. 324. Christoph
 Besteri Dissertatio Synopsin

Hac de antiquissima
Faringorum Gente, ex
qua Bada Marchiones
prodierunt, in Com-
mentarios redequimus,
non sola Historicorum
Medii aevi auctori-
tate, sed et Charta-
rum atq; Diploma-
tum, quas generose
omnis mihi suppedita-
vit Helvetia, fide firma-
nituntur.

Plerumq; Faringensium brevissi-
mam continet. Sed praefunda
est illa, quam Christianus Conradus
Dillius, Consiliar. Bada-Durl.
Res Badenses egregie doctus,
conscripsit. Exat in Oetters
Collect. ante hos XIII. annos
edita. Utraq; synopsis
idiomate germanico scripta.

Praesertim publice re-
 ferenda sunt grates
 Illustribus duobus
 Helvetia Viris +
 Zurlaubio atque
 Wattevillio, quorum
 ille e Jugio Helve-
 tiorum Regis Gallia
 Custodum Sub- Prae-
 fectus et Exerci-
 tum Regiorum
 Prolegatus (m)
 magno conquisi-
 vit labore quid-
 quid pleraq; illius
 ora tabularia sup-
 peditarunt.

(m.) Brigadier.

Wattervillius vero,
Bernensium Breipu-
blica Senator et
deus, Faringicas
quoque Schedas suas
ex quibus novum
ille Faringorum
Schema construa-
rat, mecum com-
municavit.

Insigne hoc amicitia
mihi praestita pignus
sine offensione pra-
stabil, antiquum
sicut Genealogia
Faringica Schema
praeulerim novo.

Faringicis Com-
mentariis heic
ego finem impo-
nerem nisi pauca
de Teccensibus di-
tenda a me expecta-
rent Lectores, quod
eos a Faringis
suum ducere genus
perpetua constans-
que traditio est.

Tecca Duces.

Teccum matrimo-
nio cum Agnete
quadam Teccensi
ad Habsburgenses

pervenisse;
Henricum IV. Imp.
vero Ducatum hunc
Rudolpho, Suevia
Duci, affini suo
dedisse, qui eundem
ad Bertoldum 2.
Faringia Ducem,
transulerit, Cru-
siana traditio
est, (9) qua autem
idonea teste nequit
probari.

(9) Annal. Suev.
lib. 2. Bart. 3.
Cap. 21. pag. 124.

Adelbertus, Conradi
 Ducis Faringia et
 Clementia filius,
 sator Ducum Tecca
 habetur. (a)

Hic cum fratribus
 suis, Conradi Ducis
 filius, Rudolpho et
 Hugone in San. Petri-
 na Charta a. 1152. (b)
 occurrit; ita quidem

(a.) Chron. Constant. Crupius
 Annal. Suev. Henniges Theatr.
 Genealog. Herzog Chron.
 Alsat. Luca fustensale,
 Imhof Notitia procer. Spener.
 in Sylloge Genealog.

(b.) Schannat. Vindeu.
 lit. Colled. 1. pag. 160;

ut Hugonem, natu
minimum, precedat.

Idem Adalbertus in
Charta Salodorcensis
Præpositi Burchardi
A. 1181. cum Bertoldo
Duce, Rectore Bur-
gundia, fratre suo,
memoratur. (c)

Circa eadem tempora
Albertus Dux de Teck
Diplomati A. 1193.
confecto, interfuit
testis; (d) quem eun-
dem cum Adalberto
Faringio, aut sane

(c) Hschud. Chron. Helvet. pag.
90. Herry. p. 194.

(d.) Documenta rediviva. Würtemb.
p. 727.

filium ejus fuisse,
 adcoq; Teccensium Du-
 cum prosapiam, fami-
 lia Faringia per Adel-
 bertum innecti, veri-
 simile quidem certum
 tamen nexum nec
 charta, nec scriptores
 idonei, tradunt aut
 indicant.

Faringi latissima per
 Sueviam Franciamq;
 Teutonicam bona
 possederunt.

Bertoldus I. Farin-
 gensium Sator, Weil-
 hemii in Teccensium
 ditione Monasterium
 fundavit; (e) unde haud

(e) Charta Abbatia S. Petri.

inanis conjectura,
ferras illas a Faringen-
sibus ad Teccenses de-
venisse, ipsosq; Albertus,
Teccensium conditores,
a Faringorum stirpe
genus traxisse.

Gremmelspachius, Mo-
nasterii Sancti Petri
Abbas, at calcem libri
Vita seu Veteris Ne-
crologii de A. 1497.
ita scribit:

„Tertius existit
frater ejus (i. Au-
dolphi Episcopi Leo-
diensis) Adelbertus,
qui secedens Castrum

Jegg, cum omnibus ap-
 ponditius sibi vindi-
 cavit.

Anonymus Chronici
 Friburgensis, (9) quod
 Germanice scriptum
 est, auctor eadem,
 qua Gremmelspachius
 scribit.

Probabilis hic Teccen-
 sium Ducum cum Domo
 Faringica nexus inter
 alia se manifestavit

(9) Edidit hoc Chronicon
 Schiltnerus in fine Chronici
 Koenigshovii, ubi pag. 17. ad
 Calendarium, Missali Teccensi
 praefatum provocatur.

post extinctos Faringos.
Egeno, Friburgi Comes,
qui Sororem Bertoldi V
duxit uxorem, adeoque
heres ejus factus ex parte,
de Friderico 2. Imp. A. 1218.
conquestus est, quod
terras a Teccensibus
emerit, quas hi alienare
nullo modo potuerint.
Lis A. 1219. inter Casarem
et Egenonem, composita
est. Ulma. Charta
compositionis non
exstat. Ut Instrumento
ejusdem Anni, Hagena
dato, docemur, Casarem
Egenoni dono dedisse
totam partem hereditatis

illius et bonorum illorum
 quam de pecunia sua
 a Ducibus de Teck com-
 paraverat Caesar et
 quod ipsi de jure ven-
 dere dareq; potue-
 runt.

Faringi et eorum he-
 redes, de venditis
 Teccensium bonis
 qui conqueri potuis-
 sent, nisi agnati
 eorum et consan-
 quinei fuissent:

Ex ipsa quidem Ber-
 tholdi V. hereditate
 nihil ad Teccenses
 Duces pervenit, qui
 ne litem quidem de

135
successione movisse leguntur; sed Fridericus Imp. Imperii terras ad Imperium revocavit; caetera sororibus Bertoldi V. eorumque maritis relicta fuerunt; uti supra ostendimus.

A. 1220. Bertoldus I. Argent. Episcopus, ex Ducibus Tecca defunctus est, vir insignis, qui Chartam Friderici 2. a. 1225. signavit qua Brunsvicensis terra in Ducatum erecta, subscripsit:

Bertoldus Princeps
 Teccensis, Argent.
 Episc.

A. 1232. C. Dux de Tecke,

H. Marchio de Baden,

R. Palatinus Comes de

Tuwingen testes leguntur

in Henrici Regis Rom.

diplomate, quod Abbatia

Murbac. super feudum

Dattenried Hagenoa

concessit.

A. 1234. Henrici Regis

Rom. Precepti, Episcopo

Wormat. apud Wimpinam

dati, testes fuerunt

Archiepisc. Moguntinus

H. Marchio de Badin,
Dux de Tecke, Co. Dux
Spoleti, C. Comes de
Friburg, Comes de Leming
Hain.

Schannat. Hist. Ep. Wormat.

Probat. n. 128.

A. 1251. Ludewicus Dei
gratia Dux de Tecke,
litem de jurisdictione
Abbatu Alpirspacensis
in villa Dornheim ar-
biter decidit. Besoldus
in Document. rediuis
Wurtemberg. p. 252.

A. 1288. Rudolfus I. Imp.
Moguntia pro Symone

Ep. Wormat. sententiam
 tulit in presentia et
 approbatione Archiep.
 Mog. et Conradi Abbatis
 Campidon. Principum,
 nec non Nobilium Vi-
 rorum Conradi Ducis
de Tecke, Lud. Com. de
Ottingen, Alberti Com.
de Hoenberg, Schannat
 l. c. num. 171.

A. 1290. in Actis Mona-
 sterii S. Petri in nigra
 silva ad A. 1290. Charta
 occurrit, cujus initium
 et finis ita se habent.
 „ Nos Hermannus
 „ Dei gratia Dux

de Tecke, notum fa-
cimus etc.

Actum et Datum
apud Kirchheim Anno Dni.
MCCLXXX. VIII. Id.
Nov.

A. 1019. Hertzoge Friderich
von Tecke, advocatus
Monasterii Alpirspa-
censis, universos
homines, qui Alpirspa-
cum migraturi ibiqz
confessuri sint a tri-
butis ac oneribus
quibuscunqz immuni-
fore declaravit.

Refolius l. c. pag. 289.

A. 1381. Dux Fridericus
de Tecke et Dux Con-
radus de Tecke, filius
ejus, dimidiam partem
castri sui Teck, oppi-
dum Kirchheim etc.

Eberhardo Comiti
Wurtembergico ven-
diderunt.

Reichshandische Archival-
Urkunden contra Ord.
Equestr. Ducatus Wura-
temberg. Tom. 1. pag. 1.

A. 1429. Ludovicus
Teccensis, Patriarcha
Aquillegiensis, Concilio
Basiliensi interfuit,
et in eo perit peste;
apud Carthusianos

Civitatis minoris se-
pultus (1)

Eodem anno quoque
Fridericus, ultimus
Tecca Dux, Patriar-
cha nepos ex fratre,
unica filia relicta,
obierat, qua Eber-
hardo Pacifico,
Wuerttembergia Co-
miti, nupta, ex
Teccensibus terris
residua, ad Domum
Wuertbergicam
transtulit; qua
plerazq; emptionibus
jam ante acquisierat.

(1) Urstif. Chron. Basil.

A. 1495. Maximilianus
 1. Imp. in Comitibus Mor-
 mat. Eberhardum Bar-
 batum, Comitem Wir-
 tenbergensem, Ducem
 Wirtembergae et Tecca
 creavit.

(9.) Moser Specimen Wirten-
 bergia Diplomata. pag. 208.

Faringicarum Terrarum Divisio.

Faringia Duce tractus
Ferracum patrimonialium,
amplos per Brisgoviam,
Ortenaviam, Allgram
silvam, per Sueviam
et per Franciam Orien-
talem dispersos, quidem
possederunt, formula
Ducatus tamen illis
nunquam accessit.
ob administratos ali-
quamdiu Carinthia,
Sueviaq; Ducatus
Faringensibus Ducis
continuatum est nomen,

et pristina dignitates
 conservaretur memoria,
 sed axioma hoc non
 transivit ad terras,
 quia patrimoniales
 fuerunt, quas Caesar
 non extulerat ad
 gradum Ducatus.

Verus enim Dux
 ille censebatur, quem
 Caesar de Ducatu in-
 vestivit.

Burgundia, quam
 denique Faringi re-
 gendam acceperant,
 non formula Ducatus
 sed Rectoratus
 inclaruit.

Prima bonorum Farin-
gicorum distractio
facta est, quum Ber-
toldus 2. et Herman-
nus 1. patris sui,
Bertoldi 1. bona
inter se ita divide-
rent, ut junior
sub Marchionis
titulo Hachbergi-
cas et Badenses
terras acciperet,
qua distractio
origo est Marchio-
natus Brada atq;
Hachberga.

Secunda distractione
 Adelbertus, Bertoldi
 IV. frater terras illas
 Teccenses, ut pecu-
 liarem Dynastiam
 accepit, qua dein-
 cept consuetudines
 et usu Ducatus
 titulo venire coc-
 perunt, quod Adel-
 bertus eiusq, suc-
 cessores ex sanguine
 Ducali prodierant;
 nunquam tamen
 verus extitere
 Ducatus.

Tertia et prostrima
distractio Zaringensium
ferrarum fuit illa,
quum mortuo Bertoldo
V. linea Zaringen-
sis propria et senior
perisset. Tum
vero Hermannus,
Dux Tecca, et Her-
mannus IV. Marchio
Badensis, ut proximi
agnati succedere
debuissent; sed ille
ex successione Zarin-
gita nihil, hic modo
Landgraviatum
Brisgovia obti-
nuit.

Fridericus 2. Imp. Fa-
 ringia Castrum, Civi-
 tatem Friburgi in
 Brisgovia, Bernam,
 Salodurum et Fribur-
 gum in Helvetia
 Burgundica, Turicum
 in Helvetia Aleman-
 nica ad Imperium
 revocavit, unde lites
 inter eum et sorores
 Bertoldi V. earumque
 maritos.

Egeno Uraenſis, (a)
 maritus Agnetis, anno

(a.) Uraeh Castrum et Dy-
 nastia hodie Wirtenber-
 gici Ducatus.

sequenti Ulma pri-
mum, dein Hagena,
cum Imperatore trans-
egit. (a)

Egeno hic, cognomento
Barbatus, Suevicas
et silva Nigra terras
cum Triburgo Brisgo
via accepit; qua in
proprio Faringorum
fundo extracta, (m)
in proprietatem Egenonis

(a.) ut ipse Frid. 2. Imp. in
Charta d. 1219. Hagena data
testatur, quam in Docu-
mentis exhibemus.

(m.) Bertoldus v. in privile-
gio Friburgensibus dato,
ita loquitur: „Notum
„sit omnibus tam futuris
„quam presentibus, quod

denique rediit, qui
Civitatem suam vo-
cavit.

Deinceps in monte, qui
imminet Friburgo, Castrum
extruxit Egeno, ut Fribur-
genses in obsequio contineret.

In Castris hoc diu habita-
vit Egenonis progenies (c)

titulo Comitum Friburgi
clarefcens; a quibus Urbs

A. 1368. libertatem redemit;

brevi post in Austriacam
transferta ditionem.

„ Bertoldus dux Haring. in loco
„ proprii fundi sui Friburg secundum
„ jura Coloniae liberam constituit
„ fieri Civitatem.

(c) filius ejus natu major Conradus
Comitum friburgensium dator. Egeno
autem, junior frater Comitibus
furstenbergensibus originem dedit.

Altera Bertold v. Soror
 Anna, uxor Ulrici,
 Comitis Kiburgi, ex
 quo matrimonio Heil-
 wigis, mater Rudolphi
 Habsburgici nata est, ^(c)
 allodialia Helvetia
 bona accepit, quae
 Conradus Faringus,
 Stirpis suae primus
 Regni Burgundici,

(c) Anna Bertoldi v. Soror nubit Ulrico
 Kiburg. Com.

Heilwig. Mater Ru-
 dolphi Habsb. Imp.
 uxor Alberti pru-
 dentis.

Hartmann. Wenner.
 Comes Kiburg. Comes Kib.

unde Chron. Colmar. ait
 ab initio, & natus est, (Rudolfus)
 & de progenie Ducis Faringiae,
 & eodem anno 1218. quo Ber-
 toldus decessit.

Rector, ut et filii
 ejus Neposq; ab A. 1127.
 usque ad A. 1218. acqui-
 siverunt.

Comitatus Burgundij
 in Heiburgensium Comi-
 tatum manibus ad
 extinctam eorum
 gentem usque perman-
 serat. Sedes eorum
 in sublimi fuit Castro,
 quod imminet oppido.

Clementia Bertoldi V.
 vidua a marito locus
 hic in dotalitium
 destinatus fuerat.

Sed Comes Cyeno ca-
 ptivam eam diutissime

tenuit, postea temporis
tamen Niburgenses
Comitatum adepti
sunt.

Reliqua Burgundica
apud Helveticos terra,
ita divisa, maximam
ut pagi Vaudensis
partim Sabaudia Comes
(d) alium ejusdem Vaudi
ut et Uchtlandia
partem Lausancensis
Episcopus, Niburgi,
Grierü, Novi Castri,
Comites et Gransonü
Dynasta aliique acce-
perint.

(d.) Guichenon. Hist. de Savoie.

Berna Ottonem Comitem de Regensperg Advocatum Imperii habuerat; sed denique ab omni Advocatia liberata, (e) Civitas Imperii libera evasit.

Henricus VII. Romanorum Rex A. 1224. V.

Kal. Jan. Berna Judicium habuit. (f)

(e) Naucter. Vol. 2. generat. 29. fol. 754. Simlerus in Art. Bern.

(f) In sententia, quam pronuntiavit, Henricus ait:
 „Coram nobis jam pridem
 „apud Bernum in judicio
 „residentibus etc. In fine
 ait: Datum apud Bernum.

Friburgum ejusdem
uti Berna Uchtlan-
dia Civitas a Fride-
rico 2. Imp. a. 1219.
Hagenovia libera
Imperii Urbs agnita,
Protectorem primo
Comitem Niburgi,
qui Burgdorfus se-
debat, atq; deinceps,
extinctis Niburgis,
Habsburgenses Ad-
vocatos sibi elege-
runt: (1) foederi
denique accessurum
Helveticis.

(1) Stettlerus in Chron.
Uchtland. Guillimannus
de Rebus Helvet.

Turicum, Faringis ex-
 tinctis, pleniorum quoque
 immunitatem Civita-
 tis libera, uti Berna,
 accepit.

Faringorum tempore
 Tiguri, ut antea, jus
 eligendi senatum
 Collegiata et Mona-
 sterio illius Urbis
 competebat.

Fridericus 2. Imp.
 Faringis extinctis Ci-
 vitatem in specialem
 Imperii tutelam re-
 cepit, ac jus eligendi
 senatum transtulit in
 cives, addiditque, ne unquam

urbs ab Imperio possit
alienari. Unde fossa
et vallo munita A. 1251.
cum Ivitensibus et
Uranis foedus inivit;
donec Helvetico foederi
A. 1352. accessit.

